

i alla. et gaudet cor
alleluya. **Psalmus**
cant nobis dñe di
ñi tua sancta firmo
pariter et actu de
rictu. **D.**
fiat aspluo cū vidi a
slio cū caritas ut in
ur non dicit aplus.

ante thronū: qui sunt septē
spiritus dei. Et in conspectu
sedis tanquā murr distruu
simile cristallo. Et in medi
o sedis et in circum sedis q̄
tuor aialia: prima oculus
ante et retro. Et rīal p̄mū
sile leoni. Et s̄d̄m aial. sile vi
tulo. Et terrū animal: ha
bens facē quāsi hoīs. Et c̄

tes exoramus, ut
tuus dñs nos
cruce pcedens
tris sic doloris
dulcapulo cōm
bus et intelli
gloriose virgi
tibi in orūibi
nostris habe
du sap

abulabo inter vos, et ero
ster deus: vos q̄s eritis pp̄ls
gens. **D**icit dñs: om̄ps, **Al**
wa. **V**eni sc̄ sp̄s reple tuor̄ cor
fideliū et tui amoris in eis igne
tate. **Oramus. Collecta.**


Rē q̄s om̄ps deus sic
nos ab epulis carna
abstine: ut a vinctis in

tes. **S**ic enī p̄cepit
Doluit in laudibus
ut sis in salutē ul
mū terre. **A**udicut
tes gaule sūt. et q̄
verbu dñi: et ardi
quot erant p̄ordium
eterna. **D**ilectum
verbu dñi: p̄ om̄

HE

Sing





M. TVLLII
CICERONIS EPI-
STOLARVM SELECTA-

RVM LIBRI DVO

Collegii Soc. Sep. Dusseldorff



DVSSELDORFII,
Excudebat Bernardus Busius Anno
cl^o l^o xcviii.

Scr. Lat. 48

23c

v. 16

(Inc.)



AD REIPVB. DVSELDORPENSIS MA-
gistratus. Et senatorij ordinis vi-
ros prudentissimos ornatissimosq; Franc.
Fabricij Marcodurans
Præfatio.

 Vo tēpore huius Scho-
læ gubernacula mihi
sunt tradita, eodem cu-
rationem iuuentutis,
quæ in urbem vestram
discendi causa ex diuersis prouincijs
confluit, mei fidei sic commissam in-
telligo, vt tam in linguæ formatio-
nem, quàm in morū institutionem
mihi omni cogitatione curaq; per-
petuo sit incumbendum. hæc enim
causa est, cur Scholæ publicæ in ciui-
tatibus, quas Socrates apud Plato-
nem iure & merito censet aptiores
esse ad docendum quàm loca deser-
ta, & magnis sumptibus instituantur,
& liberalitate eorum qui præsent,

A 2 confer-



R R A E F A T I O.

conferuentur: vt ex ijs prodeant homines non solum eleganter literati, sed & bene morati. Quocirca vt in hoc præcipue defudamus, quo ex discipulorum nostrorum moribus, omniq; actione pietas, obedientia & modestia eluceant: sic in eam doctrinã, quæ ad sermonis elegantiam pertinet, nõ minimam partem curarum deriuamus. Distinxit à cæteris animantibus genus humanum Deus ratione atq; oratione: vt, cum hominis maximè proprium sit, nõ solum acumine mentis, verum etiam linguæ cultu reliquis præstare, magistri quoq; non minime partes sint, cum rudem pueri animum bene beateq; viuendi præceptis imbuere, tum linguam impolitam recte loquendi ratione formare. qua in re tenera ætas, ita vt in multis Scholis deprauata quadam consuetudine vsu venire cognoscimus, ei sermoni assuescat, qui scit dediscendus: M. Tullius Cicero, quo melius exemplum, in latina

na

PRAEFATIO.

na quidē lingua, nullum habemus, pueris sic est proponendus, vt eius & in sermone puritatem, & in omni genere virtutes imitare & exprimere consuescant. In nostra quidē Schola cum cæteris, qui fidei nostræ & disciplinæ sunt crediti, ex Ciceronis scriptis, quod ætati cuiq; accommodatissimum videtur, quoad eius fieri potest quàm accuratissima diligentia explicetur; ne, qui in quintā classem adscripti sunt, tanquam neglecti ex alijs fōtibus, quàm ex quibus reliqui hauriunt, linguæ latinæ cognitionem peterent, optima ratione est prouisum. Ego quidem, vt ad studia illorū adiuventi aliquid afferrem, qui neq; ad ea, quæ artificiosius sunt elaborata, neq; ad integra volumina epistolarum ita vt existant cognoscēda satis virium habent, hos quasi riuiolos ab ipso capite duxi; easq; epistolas in duos libros, ordinem temporum, ceu clarissimum lumen secutus, conieci, quæ sermonis quotidiana-

TIO.
s prodeant
zanter litera
Quocirca vt
nus, quo ex
n moribus,
edientia & n
cam doctri
gantiam per
rtem curam
t à cæteris
ianum Deus
vt, cum hon
m sit, nō solum
rum etiam li
estare, magis
artes sint, et
n bene beat
uere, tum
eloquendi
retenera
olis deprau
ne vsu ven
noni affue
M. Tullius
mplum, in la

PRAEFATIO.

ni elegātem, nullisq; vitijs contami-
natam copiam pueris absq; omni ob-
scuritate in diuersis generibus suppe-
ditarent. Etsi verò labor, quem huic
selectioni impendi, non ita magnus
est: quia tamen is vestro beneficio &
præsidio, quo hic secundū illustriſſ.
clementiſſ. q; nostri Principis ac du-
cis numen excellens benigniſſimè
liberaliſſimeq; fouemur, foras ma-
nat; vt ij, qui in hac nostra qualicun-
q; opera fructum percipient, memo-
rem in bene meritos animum præ-
stent, æquissimiſſimum esse putauit, has
epistolas cum vestri nominis inscrip-
tione in apertum referri. cui rei si ve-
stram sententiam adscripseritis, vos-
q; in hoc genere officij nostræ indu-
striæ fauere declaraueritis, studio, si
minus re licebit, vobis vt satisfaci-
am, dies noctesq; elaborabo. Date o-
peram vt valeatis. Dusseldorpij No-
nis May. Anno à Christo nato
M. D. LXV.

M. TVL.

M. TVLLII
CICERONIS EPI-
STOLARVM SELECTA-
RVM LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM EPIST. *J.* LIBRI

2. ad Atticum.

Argumentum

Hec epistola scripta est mense Aprili, C. Cesare & M. Junio Bruto
Bibulo Coss. qua Attici literas amissas, Curionis sermones
suum ier nunciat.

*Trans. sicut post
Junio Bruto
longitudinem du
Cicero ad Atticum
missis
In honore
nuntio missis
Curionis
Cicero ad Atticum
Cicero ad Atticum
Cicero ad Atticum*

CICERO S. D. ATTICO.

Epistolam cum a te quide expectarem ad ue-
sperum, ut soleo, ecce tibi nuntius, pueros
uenisse Roma, uoco, quero, ecquid literarum ne-
gant, quid ais, inquam, nihilne a Pomponio per-
territi uoce & uultu, confessi sunt se accepisse
sed excidisse in uia, quid queris? permolesti tuli.
nulla enim abs te per hos dies epistola inanis ali-
quare utili & suauis. nunc si quid in ea epistola,
quam ante diem XVI kal. May dedisti, fuit histo-
ria dignum, scribe quamprimum, ne ignoremus;
sin nihil preter iocationem, redde id ipsum, &
scito Curionem adolescentem uenisse ad me saluta-

*Trans. Cicero ad Atticum
Cicero ad Atticum
Cicero ad Atticum*

TIO.
uicij conu
s abfq; om
eneribus sup
bor, quem
non ita ma
stro benefic
candū illu
Principis
ns benigni
emur, foras
nostra qual
rcipient, me
ros animum
esse parat
i nominis
ferri, cui re
dscripteris
ficij nocte
ueritis, ita
obis ut fas
aborabo. De
Duffeldom
i Christo
LXV.

EPIST. SELECT.

congruebat
 eum. ualde eius sermo de Publico cum tuis literis
 congruebat. ipse uero mirandum in modum, Re-
 ges odisse superbos. Per æque narrabat, incensam
 esse iuuentutem, neq; hæc ferre posse. bene habe-
 mus. nos, si in iis spes est, opinor, illud agamus.
Quamuis unum p[ro]hibere uisum sit, licet ad p[ro]p[ri]um in unum
 Ego me do historiae, quanquam licet me sauseium
 putes esse, nihil me est *in unum aliquem in* meriti. Sed cognosce iti-
 nera nostra: ut statuas ubi nos uisurus sis. in For-
 mianum uolumus uenire Parilibus: inde (quoni-
 am putas præmittendum nobis esse hoc tempore
quod non in unum exatera illum filicatum) kal. May de Formiano
 proficiscemur, ut Antij simus. a. d. V. Nonas
 May. ludi enim Antij futuri sunt. ex a. d. IV. kal.
 ad pridie Nonas May. eos Tullia spectare uult: in-
 de cogito in Tusculanum: deinde Arpinum: Romã
 ad kal. lun. te aut in Formiano, aut Antij, aut in
 Tusculano cura ut uideamus. Epistolam superiore
 restitue nobis, & appinge aliquid noui.

ARGUMENTVM EPIST. 3. LIB.

I. Famil.

Hæc Marcellino & Philippo Coss. scripta est ad P.
 Cornelium Lentulum Sphinterem. qui, ut in historia Cice-
 ronem scripsimus, cum anno superiore consul Ciceronem ab
 exilio restituisset, hoc Ciliciam pro consule obtinebat. ei A.
 Trebonius in amicum suum, eiusq; negotia, quæ in Cilicia ha-
 bebant, Cicero commendat.

M. Ciceron

EPIST. SELECT.

fuit. Me in summo dolore, quem in tuis rebus cas-
pio, maxime scilicet consolatur spes, quod ualde
suspicor fore, ut infringatur hominum improbi-
tas & consilijs tuorum amicorum, & ipsa die, qua
debilitantur cogitationes & inimicorum, & pro-
ditorum. Facile secundo loco me consolatur regor-
tatio meorum temporum, quorum imaginem ui-
deam in rebus tuis, nam etsi minore in re uiolatur
tua dignitas quam mea salus afflicta sit: tamen est
e tanta similitudo, ut sperem te mihi ignoscere, si
eam non timuerit, quae ne tu quidem unquam tis-
menda duxisti. Sed praesta te eum, qui mihi a tene-
bris, ut graeci dicunt, unguiculis es cognitus, illu-
strabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum
iniuria. à me omnia summa in te studia, officiaq;
expecta non f. llam opinionem tuam. Vale

ARGUMENTVM EPIST. 6. LIB. 2.

ad Q. Fratrem.

Iisdem Coss. ruri scripta est, cum M. Cicero uillas
suas lustraret. itaq; fratri suam profectiorem & reditum
urbem narrat.

M. S. D. Quinto fratri.

AD II. idus April. ante lucem hanc episto-
lam dictaueram scripseramq; in itinere
ut

*primus arguit
inuenit in oratio-
nis a p.*

*Quod idem primum
natum in oratione
Cicero in rebus tuis
telle*

*Claytonis in oratione
a Cicero in rebus
tuis inuenit in
Cicero in rebus
tuis inuenit in*

*Argumentum
inuenit in oratione
Cicero in rebus
tuis inuenit in
Cicero in rebus
tuis inuenit in*

ELECT.

LIBER PRIMVS.

ut eo die apud T. Titium in Anagnino manerem.
 post^{in illa}ridie autem in Laterio cogitabam; inde, cum
 in Arpinati quinque dies fuisset, ire in Pompea^{ostendit in Varro}
 ianum, rediens, ^{in illa}aspicere Cumanum. ut, quoniam ^{ostendit in Varro}diam dignaret
 in Nonas ^{ostendit in Varro}May Miloni dies prodita est, pridie ^{ostendit in Varro}
 Non. Romae essem, teq; mi charissime & suauis-
 me frater ad eam diem, ut sperabam, uiderem. Aea
 dificationem Arcani ad tuum aduentum ^{ostendit in Varro}sustenta-
 ri placebat. Fac mi frater ut ualeas, quamprimum
 q; uentias. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 14^a

libri 4. ad Atticum.

Hæc scripta est. L. Domitio, Ap. Claudio Coss. ru-
 ri ut in Historia Ciceronis ostendi, pag. 251. Narrat quæ
 de Attici profectioe ex Vestorio cognouerit petit, ut libri
 eius sibi pateant, ad scribendumq; hortatur.

CICERO S. D. ATTICO.

Vestorius noster me per literas facit certi-
 orem, te Roma a. d. VI. Idus May putare
 profectum esse, tardius, quam dixerat, quod mi-
 nus ualuisse. si iam melius uales, uehementer gau-
 deo. Velim, domum, ad tuos scribas, ut mihi tu-
 libri pateant. non secus ac si ipse adesses, cum ces-
 teri, tum Varronis: est enim mihi utendum qui-
 busdam rebus ex ijs libris ad eos, quos in maanda ^{ostendit in Varro}optimo Ausu-
 nibus habeo: quos, ut spero, tibi ualde probabo. ^{ostendit in Varro}

TO

*Argumentum
 Hæc scripta est L. Domitio
 Ap. Claudio Coss. ruri
 ut in Historia Ciceronis
 ostendi pag. 251. Narrat
 quæ de Attici profectioe
 ex Vestorio cognouerit
 petit, ut libri eius sibi
 pateant, ad scribendumq;
 hortatur.*

EPIST. SELECT.

Tu uelim, si quid forte noui habes, maxime à
 Quinto fratre, deinde à C. Cesare, et, si quid forte
 de Comitijs, de Rep. (soles enim tu hæc festinè
 odorari) conscribas ad me. si nihil habebis, tamen
 scribas aliquid. nunquam enim mihi tua epistola
 aut intempestiua, aut loquax uisa est. maxime au-
 tem rogo, rebus tuis, totoq; itinere ex sententia
 confecto, nos quàm primum reuisas. Dyonisium iu-
 be saluere. Cura ut ualeas.

ARGVMENTVM EPIST 7. LIB.

7. Famil.

Eodem anno scripta est ad C. Trebatium iuris con-
 sultum, quem Cesari commendatum in Galliam miserat. ei
 studium suum in commendando significans, iocatur de Bri-
 tannia, monet q; ut in familiaritatem Cesaris se penitus infi-
 cando tradat.

CICERO S. D. Trebatio.

Ego te commendare non desisto: sed, quid
 proficiam, ex te scire cupio: spem maximã
 habeo in Balbo: ad quem de te diligentissime & se-
 pissime scribo. illud soleo mirari, non me toties
 accipere tuas literas, quoties à Q. fratre, mihi
 adferantur. In Britannia nihil esse audio neq; auri
 neq; argenti. id si ita est, esse dum aliquod capias
 suadeo, & ad nos quàm primum recurras, sin au-
 tem sine Britannia, tamen asequi quod uolumus,
 possumus

Comitia in iure
 Populi Romanum
 ab omnibus iuris
 consulti per
 Aristoteles

Incompositum
 dicitur quod
 non sit in
 quibusdam
 loco

Argumentum
 in epistola
 ad Trebatium
 de Britannia
 et de familiaritate
 ad Cesarem

In epistola
 ad Trebatium
 de familiaritate
 ad Cesarem

Balbus somnium
 in epistola
 ad Trebatium
 de familiaritate
 ad Cesarem

SELECT.

LIBER PRIMVS

possumus: perface, ut sis in familiaribus Caesaris, multum te in eo frater adiuuabit meus, multum Balbus: sed, mihi crede, tuus pudor & labor plurimum. imperatorem liberalissimum habes, etatem opportunissimam, commendationem certe singularem: ut tibi unum timendum sit, ne ipse tibi de fuisse uideare. Vale.

impunitus qui in populi Romani imperatorem diuinae auis praesens iudicium arbitrat

ARGVMENTVM EPIST. 15.

eiusdem libri.

Hæc aliquanto post superiorem ad eundem Trebatium data est, qua suum absentis illius desiderium ostendit, et de C. Matie familiaritate gratulatur.

CICERO S. D. Trebatio.

Argumentum in Trebatium hinc ostendit quod in hoc epistola non est desiderium tantum sed etiam gratulatio

Quam sint morosi qui amant, uel ex hoc intelligi potest, molestæ ferebam antea, te inuitum istic esse: pangsit me rursus, quod scribis esse te istic libenter, negem enim mea commendatione te non delectari facile patiebar: & nunc angor quicquam tibi sine me esse iucundum. sed hoc tamen malo ferre nos desiderium. quam te non ea que spero, consequi. Quod uero in C. Matij suis uisissimi, doctissimiq; hominis familiaritate uisisti, non dici potest, quam ualde gaudeam: qui, fac, ut te quam maxime diligat. mihi crede, nihil ex ista prouincia potes, quod iucundius sit, deponere. Cura ut ualeas.

Argumentum in Trebatium hinc ostendit quod in hoc epistola non est desiderium tantum sed etiam gratulatio. Morosi dicuntur qui in rebus difficilibus infirmum sunt. Circa ad Amicum. Epistola uero ista uero pinguis est summi uisus ad magnos in rebus morosus

Argumenta

EPIST. SELECT.
ARGVMENTVM EPIST. 2.
libri 2. Famil.

Hæc missa est ad Curionem in Asiam anno urbis D. CC. ut in historia Ciceronis pag. 271. admonui. continet quandam consolationem de morte patris, cuius loco se Curioni futurum pollicetur.

CICERO S. D. CVRIONI.

Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo uiro! qui cum suis laudibus, tum uero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset, ut te ante uideret, quàm à uita discederet. sed spero nostram amicitiam non egere testibus, tibi patrium monium dii fortunent. me certe habebis, cui carus æque sis, & periucundus, ac fuisti patri.
Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 4.
eiusdem libri.

Ad eundem Curionem eodem anno scripta est. in qua postquam sibi nullum scribendi argumentum relictum ostendit, Curionem ad studium summæ laudis cohortatur.

CICERO S. D. C. CVRIONI.

Epistolarum genera multa esse non ignoras: sed unum illud certissimum cuius causa inuenta

LIBER PRIMVS.

uenta res ipsa est, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire aut nostra aut ipsorum interesset. huius generis literas à me profecto non expectas: domesticarum enim rerum tuarum habes & scriptores, & nuntios: in meis autem rebus nihil est sane noui. Reliqua sunt epistolarum genera duo, quæ me magnopere delectant. unum familiare, & iocosum: alterum seruum & graue. utro me minus deceat uti non intelligo. locerne tecum per literas? ciuem me hercule non puto esse, qui temporibus his ridere possit. An grauius aliquid scribam? quid est quod possit grauius à Cicerone scribi ad Curionem, nisi de Repub. atq; in hoc genere hæc mea causa est, ut neq; ea, quæ nunc sentio uelim scribere. Quamobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, utar ea clausula, quæ soleo: teq; ad studium summæ laudis cohortabor. est enim tibi grauis aduersaria constituta & parata, incredibilis quædam expectatio: quam tu una re facillimè uinces, si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus ex laudes comparantur, in ijs esse elaborandum. In hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse confiderem

derem

EPIST. SELECT.

Merem: & hoc quidquid attigi, non feci in flatum
mandi tui causa, sed testificandi amoris mei.

Vale.

ARGUMENTVM EPIST. 18.

libri 5. Famil.

Huius epistolæ annum dicere non habemus. eam ta-
men in perturbatione Reip. ante bellum ciuile scriptam fu-
isse suspicari licet. est autem consolatoria ad T. Fadium ex-
ulem: quem corradus eundem facit cum illo, qui tribunus pl.
reditum Ciceronis adiuuit.

M. CICERO S. D. FADIO.

ET si egomet, qui te consolari cupio, conso-
landus ipse sum: propterea quòd nullam re
grauius iam diu tuli, quàm incommodum tuum:
tamen te magnopere non hortor solum, sed etiam
pro amore nostro rogo, atq; oro, te colligas, ui-
rumq; præbeas, & qua condicione omnes homi-
nes, & quibus temporibus nati simus, cogites.
Plus tibi uirtus tua dedit, quàm fortuna abstulit:
propterea quod adeptus es, quod non multi homi-
nes noui: amisisti, quæ plurimi homines nobilissi-
mi. Ea deniq; uidetur condicio impendere legum,
iudiciorum, temporum, ut optime actum cum eo
uideatur esse qui quàm leuissima pœna ab hac Rep.
discesserit. Tu uero, qui & fortunam & liberos
habeas

LIBER PRIMVS.

habeas, & nos, ceterosq; necessitudine, & beneuolentia tecum coniunctissimos: quiq; magnam facultatem sis habiturus nobiscum, & cum omnibus tuis uiuendi. et cum unum sit iudicium ex tam multis, quod reprehendatur, ut quod una sententia, eaq; dubia, potentia alicuius condonatum existimetur: omnibus his de causis, debes istam molestiam quam lenissime ferre. Meus animus erit in te, liberosq; tuos semper, quem tu esse uis, & qui esse debet.

Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 2.

libri 3. Famil.

Hæc epistola scripta est Ser. Sulpicio, M. Marcello *coff.* qua & Ciciliam sibi obtigisse nunciat. & ab Appio cui succedebat, ut quam expeditissimam prouinciam sibi tradat petit. uide histor. Cicer. pag. 276.

Cicero pro *coff.* S. D. Ap. Pulchro
imp.

CVM & contra uoluntatem meam, & præter opinionem accidisset, ut mihi cum imperio in prouinciam proficisci necesse esset: in multis & uarijs molestijs, cogitationibusq; meis hæc una consolatio occurrebat, quod neque tibi amicior, quam ego sum, quisquam posset succedere, neque ego ab ullo prouinciam accipere, quæ mallet eam mihi quam maxime aptam explicas

B

tamq;

EPIST. SELECT.

tamq; tradere, quod si tu quoq; eandem de mea uoluntate erga te spem habes: ea te profecto nunquam fallat. A te maximopere pro nostra summa coniunctione, tuaq; singulari humanitate etiam atq; etiam peto, & quaeso, ut quibuscunque rebus potes, (potes autem plurimis) prospicias, & consulas rationibus meis. uides ex S. C. provinciam esse habendam. si eam quoad eius facere potueris, quam expeditissimam mihi tradideris: facilius erit mihi quasi decursus mei temporis. quid in eo genere efficere possis, tui consilij est. ego te, quod tibi ueniet in mentem mea interesse ualde rogo. Pluribus uerbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longiorem orationem exspectaret: aut id fieri nostra amicitia pateretur. aut res uerba desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur. hoc uelim tibi persuadeas, si rationibus meis à te prouisum esse intellexero, magnam te ex eo & perpetuam uoluptatem esse capturum. Vale.

ARGUMENTVM EPIST. 6.

libri 5. ad Atticum.

Hanc in Siciliam proficiscens, Tarenti ad Atticum dedit, qua se dies aliquot cum Pompeio consumpturum nuntians, literarum breuitatem excusat, & Atticum ad mandata exequenda hortatur,

Cicero

LIBER PRIMVS.

CICERO S. D. ATTICO.

Tarentum ueni d. d. XV. kal. Iun. quod

Pomptinum statueram expectare, commo-
disimum duxi eos dies, quoad ille ueniret. cum

Pompeio consumere: eoque magis, quod ei gratum
esse id uidebam: qui etiam a me petierit ut secum

et apud se essem quodidie: quod concessi libenter:
multos enim eius praedictos de Rep. sermones ac-

cipiam: instruar etiam consilijs idoneis ad hoc
nostrum negotium: Sed ad te breuior iam in scri-

bendo incipio fieri, dubitans, Romae ne sis an-

iam profectus. quod tamen quoad ignorabo, scri-

bam aliquid potius, quam committam, ut, tibi cum

possint reddi a me literae, non reddantur, nec ta-

men iam habeo, quid aut mandem tibi, aut narra-

rem, mandavi omnia: quae quidem tu, ut polliceris
exhausties: narrabo, cum aliquid habebo noui. Illud
tamen non desinam, dum adesse putabo, de Cae-
sar nomine rogare, ut consuetum relinquas. auidem
expecto tuas literas, et maxime, ut norim tem-
pus projectionis tuae. Vale.

ARGUMENTVM ERIST. 8.

eiusdem libri.

Hanc ex eodem itinere initio mensis Iunij Brundisij de-
dit: qua cur diutius manserit, primum ostendit: deinde man-
data de bonis Milonis, qui Massilie exulabat, dat Attico.

B 2

Cicero

Argumentum
Quo d. d. Xv. kal. Iun. quod
quoad ille ueniret. cum
Pompeio consumere: eoque magis,
quod ei gratum esse id uidebam:
qui etiam a me petierit ut secum
et apud se essem quodidie: quod
concessi libenter: multos enim
eius praedictos de Rep. sermones
acipiam: instruar etiam consilijs
idoneis ad hoc nostrum negotium:
Sed ad te breuior iam in scri-
bendo incipio fieri, dubitans,
Romae ne sis aniam profectus.
quod tamen quoad ignorabo,
scribam aliquid potius, quam
committam, ut, tibi cum possint
reddi a me literae, non reddantur,
nec tamen iam habeo, quid aut
mandem tibi, aut narrem, mandavi
omnia: quae quidem tu, ut polliceris
exhausties: narrabo, cum aliquid
habebo noui. Illud tamen non
desinam, dum adesse putabo,
de Caesar nomine rogare, ut
consuetum relinquas. auidem
expecto tuas literas, et maxime,
ut norim tempus projectionis
tuae. Vale.

EPIST. SELECT.

CICERO S. D. ATTICO.

ME & incommoda ualerudo, è qua iam
 emerferam, utpote cum sine fibri labo-
 rassem & Pontini expectatio de quo adhuc ne-
 rumor quidem uenerat, tenebat duodecimum iam
 diem Brundusij: sed cursum expectabamus, tu si-
 modo es Romæ, (uix enim puto) sin es, hoc uehe-
 menter animaduertas uelim. Romæ acceperam
 literas, Milonem meum queri per literas iniuri-
 am meam, quod Philotimus socius esset in bonis su-
 is, id ego ita fieri uolui de C. Duronij sententia,
 quem & amicissimum Miloni perspexeram & ta-
 lem uirum, qualem tu iudicas, cognoram, eius au-
 tem consilium, meumq; hoc fuerat, primum ut in
 potestate nostra esset res, ne illum malus emptor
 alienis mancipijs, quæ per multa secum habet, spo-
 liaret: deinde, ut Faustæ, cui cautum ille esse uolu-
 isset, ratum esset. erat etiam illud, ut ipsi nos, si
 quid seruari posset, quàm facillimè seruaremus,
 nunc rem totam perspicias uelim. nobis enim scri-
 buntur sæpe maiora, sed, si ille queritur, si scribit
 ad amicos, si idem Faustæ uult: Philotimus, ut ego
 ei coram dixeram, mihiq; ille receperat, ne sit in-
 uito Milone in bonis, nihil nobis fuerat tanti, sin
 hæc leuiores sunt tu iudicabis, loquere cū Duronio,
 scripsi

LIBER PRIMVS.

scripsi etiam ad Camillum, ad Lamiam eoq; magis,
quod non confidebā Romæ te esse. summa erit hæc:
statues ut ex fide, fama, req; mea uidebitur. Vale.

ARGVMENTVM EPIST 7. LIB.

15. Famil.

Hanc in prouincia eodem anno scripsit. Cum enim li-
teris Coelij K. al. Sextilis datis. C. Marcellum & L. Paul-
lum consules designatos esse cognouisset. ut in Hist. Cice-
ronis scripsi pag. 278. hac epistola C. Marcello de consula-
tu gratulatur.

M. CICERO pro coff. S. D. C. Mar-
cello Cos. desig.

Maxima sum lætitia affectus, cum audiui
consulem te factum: eumq; honorem tibi
Deos fortunare uolo, atq; à te pro tua, parentisq;
tui dignitati administrari. Nam cum te semper a-
maui dilexiq; quod mei amantissimum cognoui in
omni uarietate rerum mearum, tum patris tui
pluribus beneficijs, uel defensus tristibus temporibus,
uel ornatus secundis, & sum totus uester, &
esse debeo, cum præsertim matris tuæ gratissi-
mæ, atq; optimæ feminae, maiora erga salutem,
dignitatemq; meam studia, quàm erant à muliere
postulanda, perspexerim. quapropter à te peto
maiores in modum, ut me absentem diligas atq;
defendas. Vale.

B 3

Argumenta

Regim. mandim

*Inquitur triplici
rubro quatuor
nib, quarum
primus est a
Mittio amoro
Groudo a buni
hoy's patris
Mortia a buni
hoy's Matris*

LIBER PRIMVS.

Hanc quoque è prouincia ad Qu. Thermum, qui Ioniae præerat, dedit. Commendat autem M. Anneium legatum suum in controuersia Sardiæ.

Cicero S. D. Thermo Præt.

ET si mihi uideor intellexisse, cum tecum Ephesi de re M. Anneij legati mei, locutus sum, te ipsius causa uehementer omnia uelle: tamen & M. Anneium tanti facio, ut mihi nihil potestatem prætermittendum, quod illius inter sit, & me à te tanti fieri puto, ut non dubitem, quin ad tuam uoluntatem magnus cumulus accedat commendationis meæ. Nam cum iam diu diligerem M. Anneium, deq; eo sic existimarem, ut res declarat, quòd ultro ei detulerim legationem, cum multis petentibus denegassem: tum uero posteaquam mecum in bello, atq; in re militari fuit, tantam in eo uirtutem, prudentiam, fidem, tantamq; erga me beneuolentiam cognoui, ut hominem neminem pluris faciam. Eum cum Sardiæ habere controuersiam scis, causam tibi exposuimus Ephesi: quam tu tamen coram facilius, meliusq; cognosces. de re aliquo mihi me hercule diu dubium fuit, quid ad te potissimum scriberem. ius enim quemadmodum dicas, clarum, & magna cum tua laude notum est: nobis autem in hac causa nihil aliud opus est

EPIST. SELECT.

nisi te ius instituto tuo dicere. sed tamen, cum me non fugiatis quanta sit in Prætorè auctoritas, præsertim ista integritate, grauitate, clementia, qua te esse inter omnes constat: peto abs te pro nostra comunctissima necessitudine, plurimisq; officijs paribus ac mutuis, ut uoluntate, auctoritate, studio tuo perficias, ut M. Anneius intelligat, te & sibi amicum esse, quod non dubitat: sepe enim mecum locutus est. & multa amiciorè his meis literis esse factum. in tuo toto imperio atque prouincia nihil est, quod mihi gratius facere possis. iam apud ipsum, gratissimum hominem atque optimum uirum, quam bene positurus sis studium tuum atque officium, dubitare te non existimo. Vale.

ARGUMENTVM EPIST. 63.
eiusdem libri.

P. Silio, qui eodem tempore, quo M. Cicero in prouincia fuit, C. Lenium necessarium suum studiosissime commendat.

M. Cicero, S. D. P. Silio pro Præt.

Non putauit fieri posse, ut mihi uerba deessent: sed tamen in C. Lenio commendādo desunt. Itaque rem tibi exponam paucis uerbis, sed tamen ut plane perspicere possis uoluntatem
meam

LIBER PRIMVS.

meam. Incredible est quanti faciamus & ego & frater meus, qui mihi charissimus est, C. Lenium, id sit cum plurimis eius officijs, tum summa probitate, & singulari modestia, eum ego à me inuicissimus dimisi, cum propter familiaritatem, & consuetudinis suauitatem, tum quòd consilio eius fideli, ac bono libenter utebar. Sed uereor, ne iam superesse mihi uerba putes, quæ dixeram de futura. Commendo tibi hominem, sicut intelligis me, de quo ea supra scripserim, debere commendare: à teq; uehementer etiam atq; etiam peto, quod habet in tua prouincia negotij, expedias: quod tibi uidebitur rectum esse, ipsi dicas, hominem facillimum liberalissimumq; cognoscies. Itaq; te rogo, ut eum solutum, liberum, confectis eius negocijs per te quamprimum ad me remittas, id mihi, fratriq; meo gratissimum feceris. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 10.

lib. 15. Famil.

Rebus in Cilicia feliciter gestis, de quibus in historia Ciceronis pag. 281. M. Tullius hanc epistolam ad C. Marcelum iam consulem misit, petens, ut quàm honorificentissimum S. C. de rebus à se gestis faciendum curat.

M. Cicero Imp. S. D. C. Mar-
cello C. F. coff.

B 5

Quando

LIBER PRIMVS

Hanc ad M. Coelium ædilem curulem eodem anno ð
provincia scripsit. Commendat ei rem M. Fabij, quod se
facturum C. Cassio promiserat epist. 14. lib. 15.

Cicero Imp. S. D. Cœlio
ædili Cur.

Marco Fabio, uiro optimo, & homine do-
ctissimo familiarissimè utor: mirificeq;
eum diligo, cum propter summum eius ingenium
summamq; doctrinam. tum propter singularem
modestiam. eius negotium sic uelim suscipias, ut
si esset res mea. noui ego uos magnos patronos.
hominem occidat, oportet, qui uestra opera uti
uelit. sed in hoc homine nullam accipio excusati-
onem. omnia relinques, si me amabis, cum tua
opera Fabius uti uolet. Ego res Romanas uehe-
menter exspecto & desidero: in primisq; quid
agas scire cupio: nam iam diu propter hiemis
magnitudinem nihil noui ad nos afferebatur.

ARGVMENTVM EPIST II. LIB,
15. Famil.

C. Marcello consuli gratias agit, quod supplicatio-
nem sibi pro re bene gesta decreuerit. uide Histor. Cicero
nis pag. 282.

M. Cicero. Imp: S. D: C.
Marcello Cos.

QUANTIA

EPIST. SELECT.

Quanta cura tibi meus honos fuerit, & quam idem exstiteris consul in me ornando & amplificando, qui fueras semper cum parentibus tuis, & cum tota domo: etsi res ipsa loquebatur, cognoui tamen ex meorum omnium literis. itaq; nihil est tantum, quod ego non tua causa debeam, facturuscq; sim cum studiose, tum libenter. nam magni interest, cui debeas: debere autem nemini malui quam tibi: cui me cum studia communia, beneficia paterna, tuaq; iam ante coniunxerant: tum accedit mea quidem sententia, maximū uinculum, quod ita remp geris, atque gessi, qua mihi carius nihil est, ut, quantum tibi omnes boni debeant, quo minus, tantundem ego unus debeam, non recusem. quamobrem tibi uelim ij sint exitus, quos mereris, & quos fore confido. Ego, si me nauigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipsos Etesias, propediem te, ut spero, uidebo, Vale.

ARGUMENTVM EPIST. 5. LIB.

14. Famil.

Eodem anno ex prouincia in Italiam reuertens hanc epistolam Athenis scripsit: qua de nauigatione sua, de literis acceptis, de perturbatione Reip. & de hereditate Præciana quedam nuntiat.

Tullius S. D. Terentia sue.

LIBER PRIMVS.

^{exor} ^{liber} ^{duo} ^{quibus} ^{die}
 SITU & Tullia lux nostra ualetis, ego & suad
 Suisimus Cicero ualeamus, Prid. id. Oct. Athe
 nas uenimus, cum sane aduersis uentis usi essemus
 tardeq; & incommode nauigassemus, de nau ex
 euntibus nobis Acastus cum literis presto fuit,
 uno & uicesimo die sane strenue. Accepi tuas lite
 ras: quibus intellexi te uerere, ne superiores mihi
 reddita non essent. omnes sunt redita. diligen
 tissimeq; a te perscripta sunt omnia: idq; mihi
 gratissimum fuit. neque sum admiratus, hanc epi
 stolam, quam Acastus attulit, breuem fuisse: iam
 enim me ipsum exspectas, siue nos ipsos: qui qui
 dem iam pridem ad uos uenire cupimus, etsi in
 quam Rempub. uenimus, intelligo. cognoui enim
 ex multorum amicorum literis, quas attulit Aca
 stus, ad arma rem spectare: ut mihi, cum uenero
 dissimulare non liceat quid sentiam. sed quando
 subeunda fortuna est, eo citius dabimus operam,
 ut ueniamus, quo facilius de tota re deliberemus.
 Tu uelim, quod commodo ualetudinis tue fiat,
 quam longissime poteris, obuiam nobis prodeas.
 De hereditate Prætiana, quæ quidem mihi magno
 dolori est, (ualde enim illum amaui) hoc uelim cu
 res. si auctio ante meum aduentum fiet ut Pom
 ponius, aut si is minus poterit, Camillus nostrum
 negotium

EPIST. SELECT.

negotium curet. nos, cum uenimus, reliqua per nos agemus. sin tu iam Roma profecta eris, tamen curabis, ut hoc ita fiat. nos si dij adiuuabunt, circiter idus Nou. in Italia speramus fore. Vos mea suauissima, & optatissima Terentia, & Tulliola, si nos amatis, curate ut ualeatis. Athenis ad XV. kal. Nouemb.

ARGUMENTVM EPIST. 2.

libri 16. Famil.

Eodem tempore cum Corcyrae aduersis uentis tenebatur, hanc dedit ad Tironem, quem Patris aegrum reliquerat: nuntiat de itinere, & sollicitudine sua, hortaturq; ut se curet, nec nisi confirmatus nauiget.

Tullius, & Cicero, S. D.

Tironi suo

Septimum iam diem Corcyrae tenebamur: Quinctus autem pater, & filius Buthroti. solliciti eramus de tua ualetudine mirum in modum: nec mirabamur nihil a te literarum. ijs enim uentis istinc nauigatur, qui si essent, nos Corcyrae non sederemus. cura igitur te, & confirma: & cum commodè, & per ualetudinem, & per anni tempus nauigare poteris, ad nos amantißimos tui ueni. nemo nos amat, qui te non diligit. carus omnibus expectatusq; uenies. Cura ut ualeas etiam atq; etiam Tiro noster. Vale. XV. kal. Nou. Corcyra

*Argumentum
Quinto uentis ad
Corcyrae, du septu
septimum iam diem
tenebamur: Quinctus
autem pater, & filius
Buthroti. solliciti
eramus de tua ualetu
dine mirum in modum
nec mirabamur nihil
a te literarum. ijs enim
uentis istinc nauigatur
qui si essent, nos
Corcyrae non sederemus.*

LIBER PRIMVS.

Corcyra.

ARGVMENTVM EPIST. 7.

eiusdem libri.

Hortatur Tironem ad curandam ualeitudinem,

Tullius, & Cicero, & Q. Q. Tironi

S. P. D.

Tertiam ad te hanc epistolam scripsi eodem die, magis instituti mei tenendi causa, quia nactus eram, cui darem, quam quo haberem quid scriberem. Igitur illa: quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiae: ad tua innumerabilia in me officia adde hoc, quod mihi erit gratissimum omnium. cum ualeitudinis rationem, ut spero, habueris, habeto etiam nauigationis. in Italiam euntibus omnibus ad me literas dabis, ut ego euntem Patras neminem praetermitto, cura te mi Tiro, quando non contigit, ut simul nauigares, nihil est quod festines: nec quicquam cures, nisi ut ualeas. Etiam atque etiam uale. VII. id. Nou. Actio uesperae.

ARGVMENTVM EPIST. 10.

eiusdem libri.

Hanc C. Marcello & L. Lentulo *coff.* scripsit. rogat primum Tironem, ut ualeitudinem curet: deinde scribit de aduentu suo ad urbem, de perturbatione Reip. de triumpho suo, & de praefectura Campana.

Tullius

EPIST. SELECT.

Tullius & Cicero, Terentia, Tullia, Q. Q.

Tironi S. plur, dic.

ET si opportunitatem operæ tuæ omnibus locis desidero: tamen non tam mea, quàm tua causa doleo te non ualere. sed quando in quarta nam conuersa est uis morbi (sic enim scribit Curius) spero te diligentia adhibita, etiam firmiorem fore: modo fac id quod est humanitatis tuæ, ne quid aliud cures hoc tempore, nisi ut quàm commodissime conualescas. non ignoro, quantum ex desiderio labores, sed erunt omnia facilia si ualebis. festinare te nolo, ne nausæ molestiam suscipias æger, & periculose hieme nauiges. Ego ad urbem accessi pridie Non. Ian. obuiam mihi sic est proditum, ut nihil possit fieri honoratius. sed incidi in istam flammam ciuilibis discordiæ, uel potius belli: cui cum cuperem mederi, & ut arbitrator, possem, cupiditates certorum hominum (nam ex utraque parte sunt, qui pugnare cupiant) impedimento mihi fuerunt, omnino & ipse Caesar, amicus noster, minaces ad senatum & acerbis literas miserat, & erat adhuc impudens, qui exercitum, & prouinciam inuito senatu teneret: & Curio meus illum incitabat. Antonius quidem noster, & Q. Cassius nulla ui expulsi, ad Casarem cum Curione

LIBER PRIMVS.

Curione profecti erant, posteaquam senatus consu-
 libus, prætoribus, trib. pleb. & nobis qui pro a-
 cons. sumus, negotium dederat, ut curaremus ne
 quid Respub. detrimenti caperet. nunquam maio-
 re in periculo ciuitas fuit: nunquam improbi ci-
 ues habuerunt paratiorem ducem. omnino ex hac
 quoque parte diligentissime comparatur. id fit
 auctoritate & studio Pompei nostri, qui Casar-
 em sero cœpit timere. nobis inter has turbas sen-
 natus tamen frequens flagitauit triumphum: sed
 Lentulus Cos. quo maius suum beneficium faceret,
 simul atque expedisset quæ essent necessaria de
 Repub. dixit se relaturum. nos agimus nihil cum-
 pide. eoq; est nostra pluris auctoritas. Italiae re-
 giones descriptæ sunt, quam quisque partem tue-
 retur. nos Capuam sumimus. Hæc te scire uolui.
 Tu etiam atque etiam cura ut ualeas, literasq; ad
 me mittas, quotiescunque habebis cui des. Etiam
 atque etiam uale. Dat. prid. id. Ianu.

ARGVMENTVM EPIST. 15,
 libri 7. ad Attic.

Hanc V. Kal. Feb. Capuæ scripsit, qua Attico uari-
 as sententias senatorum narret.

CICERO S. D. ATTICO.

C

VI

EPIST. SELECT.

VT ab urbe disceſſi, nullum adhuc intermi-
 ſi diem, quin aliquid ad te literarum da-
 rem. non quo haberem magnopere quod ſcribes
 rem: ſed ut loquerer tecum abſens: quo mihi cum
 coram id non licet, nihil eſt iucundius. Capuam
 cum ueniſſem a. d. VI. kalend. pridie quàm has li-
 teras dedi, conſules conueni, multoſq; noſtri ordi-
 nis. omnes cupiebant, Cæſarem, adductis præſidi-
 is, ſtare condicionibus ijs, quas tuliffet, uni Fa-
 uonio leges ab illo nobis imponi non placebat: ſed
 uix auditus in conſilio. Cato enim ipſe iam ſerui-
 re, quàm pugnare mauult: ſed tamen ait, in ſenatu
 ſe adeſſe uelles, cum de condicionibus agatur, ſi Cæ-
 ſar adductus ſit, ut præſidia deducat. ita quod
 maxime opus eſt, in Ciciliam ire non curat: quod
 metuo ne obſit, in ſenatu eſſe uult. Poſtumus au-
 tem, de quo nominatim ſenatus decreuit, ut ſtatim
 in Ciciliam iret, Furfanoq; ſuccederet, negat ſe
 iturum ſine Catone, & ſuam in ſenatu operam
 auctoritatemq; magni æſtimat. ita res ad Fannium
 peruenit. is cum imperio in Siciliam præmittitur.
 In diſputationibus noſtris ſumma uarietas eſt. ple-
 riq; negant, Cæſarem in condicionibus manſurum,
 poſtulataq; hæc ab eo interpoſita eſſe, quo minus
 quod opus eſſet ad bellum, à nobis pararetur. ego
 autem

LIBER PRIMVS.

autem eum puto facturum, ut præsidia deducat. uicerit enim, si consul factus erit, & minore scelerè uicerit, quàm quo est ingressus. sed accipienda plaga est. sumus enim flagitiose imparati cum à militibus, tum à pecunia: quæ quidem omnem non modo priuatam, quæ in urbe est, sed etiam publicam, quæ in ærario, illi reliquimus, Pompeius ad legiones Attianas est profectus. Labienum secum habet. ego tuas opiniones de his rebus exacto. Formias me continuo recipere cogitabam.

Vale.

ARGUMENTVM EPIST. 18.

eiusdem libri.

Hæc data est mense Februar. qua L. Cæsaris legatione Cæsarianorum literis irrisa, consilij inopem se esse narrat.

M. CICERO S. D. T. ATTICO.

Nihil habeo, quod ad te scribam: quinetiam eam epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. erat enim plena spei bonæ. quòd & concionis uoluntatem audieram, & illum conditionibus usurum putabam, præsertim suis. ecce tibi IV. Non. Februar. mane accepi literas tuas, Philotimi, Furnij. Curionis ad Furnium,

C 2

quibus

EPIST. SELECT.

quibus irridet L. Caesaris legationem. plane opus
pressi uidemur: nec, quid consilij capiam, scio: nec
me hercule de me laboro: de pueris quid agam,
non habeo. Capuam tamen proficiscebar hæc scri-
bens, quo facilius de Pompeij rebus cognoscerem.
Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 10.

lib. 8. ad Atticum.

Eodem anno haud ita multo post superiorem scripta
est, narratq; Attico Dionysij magistri Ciceronum a se dis-
cessum.

M. CICERO S. D. ATTICO.

Dionysius cum ad me præter opinionem
meam uenisset, locutus sum, cum eo libera-
lissime: tempora exposui: rogavi, ut diceret quid
haberet in animo: me nihil inuito ab ipso contem-
dere. respondit, quod in nominibus haberet, nesci-
re quò loci esset: alios non soluere: aliorum di-
em nondum esse, dixit etiam alia quædam de ser-
uulis suis, quare nobiscum esse non posset. mo-
rem gessi: dimisi à me, ut magistrum Ciceronum,
non libenter: ut hominem ingratum non inuitus.
Volui te scire quid ego de eius factò iudicarem.
Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 3. LIBRI

9. ad Atticum.

Hæc

LIBER PRIMVS.

Hæc scripta est VII. idus Mart. qua de L. Domitio
Ahenobarbo, & de re Brundusiana quærit.

CICERO S. D. ATTICO.

Domitij filius transijt Formias VIII idus
currens ad matrem Neapolim, mihiq;
nuntiari iussit, patrem ad urbem esse: cum de eo
curiose quæsisset seruus noster Dionysius. nos au-
tem audieramus, eum profectum siue ad Pompe-
ium, siue in Hispaniam. Id cuiusmodi sit, scire sane
uelim. nam ad id quod delibero, pertinet, si ille
nusquam discessit, intelligere Cnæum, non esse fa-
ciles nobis ex Italia exitus, cum ea tota armis præ-
sidijsq; teneatur, hieme præsertim. nam, si com-
modius anni tempus esset, uel infero mari liceret
uti. nunc nihil potest, nisi Supero transmitti,
quò iter interclusum est. quæres igitur & de Do-
mitio, & de Lentulo. A Brundusio nulla adhuc sa-
ma uenerat: & erat hic dies VII. id. quo die suspi-
cabamur aut pridie Brundusium uenisse Cæsa-
rem. nam kalendis Arpis manserat. sed si Postu-
mum audire uelles, persecuturus erat Cnæum.
transijsse enim iam putabat, coniectura tempesta-
tum ac dierum. ego nautas eum non putabam ha-
biturum: ille confidebat, & eo magis, quòd audi-
ta nauicularijs hominis liberalitas esset, sed, tota

EPIST. SELE CT.

res Bründusiana iam quomodo habeat se, diutius
nescire non possum. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 3.

libri 10. ad Atticum.

Hæc data est VII. idus Aprilis, qua Attici literas de
certis rebus elicit, eumq; de Cæsaris epistola certiozem
facit.

CICERO S. D. ATTICO.

CVM, quod scriberem, plane nihil haberem,
hæc autem reliqua essent, quæ scire cupere-
rem, profectusne esset, quo in statu urbem reli-
quisset, in ipsa Italia quem cuiq; regioni aut nego-
cio præfecisset, & qui essent ad Pompeium, & ad
consules ex S. C. de pace legati: cum igitur hæc
scire cuperem, dedita opera has ad te literas misi.
feceris igitur commode, mihiq; gratum, si me de
his rebus, & si quid erit aliud, quod scire opus
sit, feceris certiozem, ego in Arcano opperor,
dum ista cognosco. A d. VII. idus alteram tibi eom-
dem die hanc epistolam dictavi: & pridie dede-
ram mea manu longiorem. Visum te aiunt in Re-
gia: nec reprehendo: quippe cum ipse istam repre-
hensionem non fugerim. sed exspecto tuas literas.
neque iam sane uideo, quid exspectem: sed ta-
men, etiam si nihil erit, id ipsum ad me uelim
scribas

LIBER PRIMVS.

scribas. *Cæsar* mihi ignoscit per literas, quod non uenerim: seseq; in optimam partem id accipere dicit. facile patior. quod scribit, secum *Tullium* & *Seruium* questos esse, quia non idem sibi, quod mihi, remisisset. homines ridiculos, qui, cum filios misissent ad *Cn. Pompeium* circumsidendum, ipsi in senatum uenire dubitarent. sed tamen exemplum nisi ad te *Cæsar*is literarum. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 13.

lib. 16. Famil.

Paucis diebus post superiorem data est. exponit sollicitudinem de morbo Tironis eumq; ad ualeitudinis curam hortatur.

TULLIVS Tironi S.

A *Egypta* ad me uenit prid. 1d. April, is et si mihi nuntiauit, te plane febrī carere, & belle habere: tamen quod negauit, te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit, & eo magis, quod *Hermia*, quem eodem die uenire oportuerat, non uenerat. incredibili sum sollicitudine de tua ualeitudine: qua si me liberaris, ego te omni cura liberabo. Plura scriberem, si iam putarem lubenter te legere posse. ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi, tibiq; conseruandum. Cura te etiam atq; etiam diligenter. Vale:

C 4

Argumenta

EPIST. SELECT.

ARGUMENTVM EPIST. 2. LIB.

4. Famil.

Eodem mense, quo superior scripta est. continet initio narrationem, & deinde disputationem de profectioe ex Italia; cum eiusdem rei difficultate.

Cicero S. D. Sulpicio.

A. D. III. kal. Maias, cum essem in Cumano, accepi tuas literas: quibus lectis cognoui non satis prudenter fecisse Philotimum, qui cum abs te mandata haberet, ut scribis, de omnibus rebus, ipse ad me non uenisset, literas tuas misisset: quas intellexi breuiores fuisse, quod eum perlaturum putasses. sed tamen postquam literas tuas legi, Postumia tua me conuenit, & Seruius noster. his placuit, ut tu in Cumanum uenires: quod etiam mecum, ut ad te scriberem, egerunt. Quod meum consilium exquiris: id est tale, ut capere facilius ipse possim, quam alteri dare. quid enim est quod audeam suadere tibi, homini summa auctoritate, summaque prudentia? si, quid rectissimum sit, quærimus. perspicuum est: si, quid maxime expediat, obscurum. sin ij sumus, qui profecto esse debemus, ut nihil arbitremur expedire, nisi quod rectum honestumque sit; non potest

LIBER PRIMVS.

test esse dubium, quid faciendum nobis sit. Quod existimas meam causam coniunctam esse cum tua: certe similis in utroque nostrum, cum optime sentiremus, error fuit. nam omnia utriusque consilia ad concordiam spectauerunt. quæ cum ipsi Cesari nihil esset utilius, gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabamur. quantum nos fecerit, et quem in locum res deducta sit, uides: neque solum ea perspicis, quæ geruntur, quæq; iam gesta sunt, sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. Ergo aut probare oportet ea, quæ fiunt: aut interesse, etiam si non probes, quorum altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio uidetur. Restat ut discedendum putem: in quo reliqua uidetur esse deliberatio, quod consilium in discessu, quæ loca sequamur: omnino cum miseriores res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. nihil enim constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. tu, si uidebitur, ita censeo facias: ut, si habes iam statutum, quid tibi agendum putes, in quo non sit coniunctum consilium tuum cum meo, super sedeat hoc labore itineris: sin autem est, quod mecum communicare uelis, ego te exspectabo. tu, quod comodo tuo fiat, quamprimum uelim uenias sicut in-

tellexi

EPIST. SELECT.

tellexi & Seruio & Posthumia placere. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 14.

libri 10. ad Atticum.

Data est post 4. idus May. in qua Attico de Dionysio, de sua profectioe ad Pompeium, de Catone, de cohortibus, & de Hortensio narrat.

CICERO S. D. ATTICO.

Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionysius fuit. cui quidem ego non modo placabilem me praeuisssem, sed totum remisisssem, si uenisset, qua mente tu ad me scripseras. erat enim sic in tuis literis, quas Arpini acceperam, cum uenturum futurumq; quod ego uellem. ego uolebam autem, uel cupiebam potius, esse cum nobiscum. quod quia plane, cum in Formianum uenisset, praeciderat, asperius ad te de eo scribere solebam. at ille per pauca locutus, hanc summam habuit orationis: ut sibi ignoscerem, se rebus suis impeditum nobiscum ire non posse. pauca respondi: magnum accipi dolorem: intellexi fortunam ab eo nostram despectam esse. quid queris? fortassis miraberis: in maximis horum temporum doloribus hunc mihi scito esse. uelim, ut tibi amicus sit. hoc cum tibi opto, opto ut beatus sis, erit enim tam diu. *Con-*
filium

LIBER PRIMVS.

filiū nostrum spero uacuum periculo fore. nam
 & dissimulabimus, & ut opinor, acerrime obser-
 uabimus. nauigatio modo sit, qualem opto. cetera,
 quæ quidem consilio prouideri poterunt, ca-
 uebuntur. tu, dum adsumus, non modo quæ scieris,
 audierisue, sed etiam quæ futura prouidebis, scri-
 bas uelim. Cato, qui Ciciliam tenere nullo nego-
 tio potuit, & si tenuisset, omnes boni ad eum se
 contulissent, Syracusis profectus est ante diem VIII
 kalend. Maij, ut ad me Curio scripsit. Utinam
 quod aiunt, Cotta Sardiniam teneat. est enim ru-
 mor. ô, si id fuerit, turpem Catonem. Ego, ut mi-
 nuerem suspicionem profectiois, aut cogitationis
 meæ, profectus sum in Pompeianum a. d. IV. Id.
 ut ibi essem, dum, quæ ad nauigandum opus essent,
 pararentur, cum ad uillam uenissem, uentum est
 ad me: centuriones trium cohortium, quæ Pompe-
 ijs sunt, me uelle postridie conuenire (hæc mecum
 Ninnius noster) uelle eos mihi se & oppidum tra-
 dere: at ego tibi postridie, à uilla ante lucem, ut
 me omnino illi non uiderent. quid enim erat in
 tribus cohortibus? quid si plures? quo apparatus
 cogitauit eadem illa Coeliana, quæ legi in epistola
 tua, quam accepi simul in Cumanum ueni, eodem
 die, & simul fieri poterat, ut tentaremur.

omnere

EPIST. SELECT.

omnem igitur suspicionem sustuli. sed cum redeo,
 Hortensius uenerat, & ad Terentiam salutatum
 deuerterat. sermone erat usus honorifico erga me.
 tamen eum, ut puto, uidebo: misit enim puerum,
 se ad me uenire. hoc quidem melius, quam collega
 noster Antonius: cuius inter lictores lectica mimā
 portatur. Tu, quoniam quartana cares, & non
 modo morbum remouisti, sed etiam grauedi-
 nem, te uegetum nobis in Græcia sim-
 ste: & literarum aliquid
 interea.

M. TVL.

M. TVLLII
CICERONIS EPI-
STOLARVM SELECTA-
RVM LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM EPIST. 12. LIB.

14. Famil.

C. Casare & P. Seruilio Coss. uicto apud Pharsali-
am Pompeio, cum Cicero in Italiam uenisset, Terentia ux-
ori, quæ ipsi de aduentu gratulata erat, hanc epistolam pri-
die nonas Nouemb. Brundusio rescripsit, uide Historiam
Ciceronis pag. 295.

Tullius Terentia sue S. D.

Quod nos in Italiam saluos uenisse gaudes,
perpetuo gaudeas uelim. sed perturbati
dolore animi, magnisq; iniurijs, metuo ne id consi-
lij ceperimus, quod non facile explicare possimus.
quare, quantum potes, adiua. quid autem possis
mihi in mentem non uenit. In uiam quod te des
hoc tempore, nihil est. & longum est iter, & non
tutum. & non uideo quid prodesse possis, si uene-
ris. Vale. pridie Non. Nouemb. Brundusio.

ARGVMENTVM EPIST. 19.

ciusdem libri.

Post

EPIST. SELECT.

Post reditum Cicronis in Italiam Tullia filia ægrotauit, epist. 6. lib. II. ad Atticum. Vxor igitur dolorem ex filie morbo, & difficultatem, quo minus possit propius accedere, significat.

Tullius S. D. Terentiæ suæ.

IN maximis meis doloribus excruciat me ualētudo Tullie nostræ, de qua nihil est, quod ad te plura scribam, tibi enim æquè magnæ curæ esse certo scio. Quòd me propius uultis accedere, uideo ita esse faciendum, etiam ante fecissem: sed me multa impediunt, quæ ne nunc quidem expedita sunt, sed à Pomponio expecto literas, quas ad me quàm primum perferendas cures uelim, da operam ut ualeas.

ARGUMENTVM EPIST. 8. LIBRI

II. ad Atticum.

Eiusdem anni mense extremo scripta est. continet autem querelam de suis miserijs, in quibus reuersus in Italiam erat.

CICERO S. D. ATTICO.

Quantis curis afficiar, & si profecto uides, tamen cognosces est Lepta & Trebatio. maximas pœnas pendo temeritatis meæ, quam tu prudentiam mihi uideri uis: neque te deterreo, quo minus id disputes scribasq; ad me quàm sepius. non nihil enim me leuant tuæ literæ hoc tempore. Per eos, qui nostra causa uolunt, ualentq; apud

LIBER SECVNDVS.

apud illum, diligentissime contendas opus est, per
 Balbum, & Oppium maxime, ut de me scribant
 quam diligentissime, oppugnamur enim, ut audio,
 & à presentibus quibusdam, & per literas. ijs ita
 occurrendum, ut rei magnitudo postulat. Furni-
 us est illic mihi inimicissimus. Quintus misit fili-
 um non solum sui deprecatorem, sed etiam accusa-
 torem mei, dicitur, si à me apud Cæsarem oppuga-
 nari, quod refellit Cæsar ipse, omnesq; eius amici,
 neque uerò desistit, ubicunque est, omnia in me
 maledicta conferre. nihil mihi unquã tam incredi-
 bile accidit, nihil in his malis tam acerbum, qui ex
 ipso audiissent, cum Sicyone palam multis audien-
 tibus loqueretur, nefaria quædam ad me pertule-
 runt, nostri genus, etiam expertus es fortasse: in
 me id est omne conuersum, sed augeo commemo-
 rando dolorem, & facio etiam tibi, quare ad illud
 redeo. cura, ut huius rei causa, dedita opera, mit-
 tat aliquem Balbus, ad quos uidebitur, uelut cures
 literas meo nomine. Vale. XV kalend. ianu.

ARGVMENTVM EPIST. II. LIB.

14. Famil.

Hæc scripta est Cæsare Dictatore, iterum anno ur-
 bis DCCVI. quæ Tulliam filiam ad se uenisse, & se in ani-
 mo habere Ciceronem filium ad Cæsarem mittere nuntiat.

Tullius

EPIST. SELECT:

Tullius S. D. Terentia suæ.

SI uales bene est: ego ualeo. Tullia nostra uenit ad me prid. id. Iun. cuius summa uirtutes & singulari humanitate, grauiore etiam sum dolore affectus, nostra factum esse negligentia, ut longe alia in fortuna esets, atque eius pietas, ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo Ciceronem ad Cæsarem mittere, & cum eo Cn. Sallustium, si profectus erit faciam te certiozem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale, XVII. kalend. Quintæ.

ARGUMENTVM EPIST. 15.

eiusdem libri.

In hac, se mutasse consilium de mittendo ad Cæsarem Cicerone filio, nuntians, quid fieri uelit, cognoscendum esse ex sicca monet.

Tullius S. D. Terentia suæ.

SI uales, bene est, Constitueramus, ut ad te antea scripseram, obuiam Ciceronem Cæsari mittere: sed mutauimus consilium, quia de illius aduentu nihil audiebamus. De ceteris rebus & si nihil erat noui, tamen quid uelimus, & quid hoc tempore putemus opus esse, ex sicca poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecum teneo. Valetudine tuam cura diligenter, Vale. XII. kal. Quintæ.

ARGUMENTVM EPIST. 19.

libri II. ad Atticum.

Hæc

LIBER SECVNDVS.

Hæc proximo post superiorem mense scripta est; ad eliciendas literas Attici, qui Romæ erat.

CICERO S. D. ATTICO.

CVM tuis dare possem literas, nō prætermi-
si: & si, quid haberem, non habebam. tu ad nos & rarius scribis, quàm solebas, & breuius: credo, quia nihil habes, quod me putes libenter legere, aut audire posse. ueruntamen uelim, quod erit, qualecunque erit, scribas. est autem unum, quod mihi sit optandum, si quid agi de pace possit: quod nulla equidem habeo in spe: sed, quia tu leuiter interdum significas, cogis me sperare, quod optandum uix est. Philotimus dicitur idibus Sexti, nihil habeo de illo amplius. tu. uelim, ad ea mihi res scribas, quæ ad te antea scripsi. mihi tantū temporis satis est, dum, ut in pessimis rebus aliquid caueā, qui nihil unquam caui. Vale. XI. kalend. sextil.

ARGVMENTVM EPIST. 78.

libri 13. Famil.

Hæc scripta est C. Cæsare tert. & M. Lepido cos: quæ ab alieno, quem eo tempore Siciliam obtinuisse, in Histor. Ciceronis pag. 300. scripsi, petit, ut Democritum Sicyonium in suam fidem recipiat.

CICERO S. D. Allieno pro cos.

Democritus Sicyonius non solum hospes meus est, sed etiam quod non multis con-
D tingit

EPIST. SELECT.

tingit, Græcis præsertim ualde familiaris. est enim in eo summa probitas, summa uirtus, summa in hospites liberalitas, & obseruantia: meq; præter cæteros & colit, & obseruat, & diligit. eum tu non modo suorum ciuium, uerum pene Achaiae principem cognosces. huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & munio. cognitum per te ipsum, quæ tua natura est, dignum tua amicitia, atque hospitio iudicabis. peto igitur à te, ut his literis lectis, recipias eum in tuam fidem, polliceare omnia te facturum mea causa, de reliquo si id quod confido fore, dignum eum tua amicitia hospitioq; cognoueris: peto ut eum complectare, diligas, in tuis habeas. erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

ARGUMENTVM EPIST. 14.

lib. 6. Famil.

Eodem anno scripta est ad Ligarium, qui extra Italiam in suo exsilio uiuebat. Vide Histor. 307. & Commentarium in Ligarianam, facit ei spem salutis, ad eamq; impetrandam omnia sua promittens, ad extremum, ut forti animo sit, hortatur.

M. Cicero S. D. Q. Ligario.

ET si tali tuo tempore me aut consolandi, aut iuuandi tui causa scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat: tamen adhuc id non feci quia

LIBER SECVNDVS.

ci, quia neq; lenire uidebar oratione, neque leuare
 posse dolorem tuum. postea uerò, quàm mag-
 nam spem habere cœpi, fore ut te breui tempore
 incolumem haberemus: facere non potui, quin ti-
 bi & sententiam & uoluntatem declararem me-
 am. Primum igitur scribam, quod intelligo, & per-
 spicio, non fore in te Casarem durio- rem, nam &
 res eum quotidie, & dies & opinio hominum, &
 ut mihi uidetur, etiam sua natura mitiorem facit.
 idq; cum de reliquis sentio, tum de te etiam audio
 ex familiarissimis eius: quibus ego ex eo tempore,
 quo primum ex Africa nuntius uenit, supplicare
 una cum fratribus tuis non destiti: quorum qui-
 dem & uirtus, & pietas, & amor in te, singula-
 ris, & assidua, & perpetua cura salutis tuæ tan-
 tum proficit, ut nihil sit, quod non ipsum Cæsa-
 rem tributurum existimem: sed, si tardius fit, quàm
 uolumus, magnis occupationibus eius à quo om-
 nia petuntur, aditus ad eum difficili- ores fuerunt:
 & simul Africanæ causæ iratior, diutius uelle ui-
 detur eos habere sollicitos, à quibus se putat diutur-
 nioribus esse molestijs conflictatum. sed hoc ipsum
 intelligimus eum quotidie remissiu, & placatius fer-
 re. Quare mihi crede, & memoriæ manda, me tibi
 id affirmasse, te in istis molestijs diutius non futu-
 rum, Quando, quid sentirem, D 2 exposui

EPIST. SELECT.

exposui: quid uellem tua causa, re potius declara-
bo, quàm oratione. et si tantum possem, quantum
in ea Repub. de qua ita sum meritus, ut tu existi-
mas, posse debebam: ne tu quidem in istis incom-
modis esses. eadē enim causa opes meas fregit, quæ
tuam salutem in discrimen adduxit. sed tamen,
quidquid imago ueteris meæ dignitatis, quidquid
reliquiæ gratiæ ualebunt, studium, consilium, ope-
ra, gratia, fides mea, nullo loco deerit tuis opti-
mis fratribus. Tu fac habeas fortem animum, quem
semper habuisti, primum ob eas causas, quas scrip-
si: deinde, quòd ea de Rep. semper uoluisti, atque
sensisti, ut non modo nunc secunda sperare debeas,
sed etiam si omnia aduersa essent, tamen consci-
entia & factorum, & consiliorum tuorum, quæ-
cunque acciderent, fortissimo & maximo animo
ferre deberes. Vale.

ARGUMENTVM EPIST. Vlt. libri
4. Famil.

Hanc ad idem tempus referimus, qua Planceum, ut
communem fortunam æquo animo ferat, hortatur.

M. Cicero S. D. Cn. Plancio.

Accepi perbreues tuas literas: quibus id,
quod scire cupiebam, cognoscere non po-
tui: cognoui autem id, quod mihi dubium non fuit.

1117

LIBER SECVNDVS.

nam, quam fortiter ferres communes miseras, non intellexi: quam me amares facile perspexi. sed hoc scieram: illud si scissem, ad id meas literas accommodauissem. sed tamen etsi antea scripsi, quæ existimaui scribi oportere: tamen hoc tempore breuiter commonendum putauit, ne quo periculo te proprio existimares esse. in magno omnes, sed tamen in communi sumus. quare non debes aut propriam fortunam & præcipuam postulare, aut communem recusare. quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus: quod de te sperare, de me præstare possum. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 9. LIB.

6. Famil.

Hac A. Cæcinam, qui partes Pompeianas secutus patria crebat, T. Furfanio Siciliae procos. accuratissime commendat.

M. Cicero S. D. Furfanio procos.

CVM A. Cæcina tanta mihi familiaritas consuetudoq; semper fuit, ut nulla maior esse possit. nam & patre eius, claro homine, & forti uiro, plurimum usi sumus: & hunc à puero, quod & spem magnam mihi afferebat summæ probitatis, summæq; eloquentiæ, & uiuebat mecum coniunctissimè, non solum officijs amicitiae, sed etiam studijs communibus, sic semper dilexi, ut non ullo

EPIST. SELECT.

cum homine coniunctius uiuerem. nihil attinet me plura scribere, quàm mihi necesse est eius salutem, & fortunas, quibuscunque rebus possim tucri, uides. Reliquum est, ut cum cognorim pluribus rebus quid tu & de bonorum fortuna, & de Reipub. calamitatibus sentires, nihil à te petam, nisi ut ad eam uoluntatem, quam tua sponte erga Cæcinam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me à te fieri intelligo, hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 16.

libri 13. Famil.

Hæc ad Cæsarem consulem tertium in Hispaniam missa est, qua illi Apollonium P. Crassi libertum commendat.

M. CICERO S. D. C. Cæsare Imp.

P. Crassum, ex omni nobilitate adolescentem, dilexi plurimum: & ex eo cum ab inuente eius ætate bene sperauissem, tum per me existimare cœpi ex ijs iudicijs, quæ de eo feceram, cognitis: eius libertum Apollonium iam tum equidem, cum ille uiueret, & magni faciebam, & probabam: erat enim & studiosus Crassi, & ad eius optima studia uehementer aptus: itaque ab eo admodum diligebatur. post mortem autem Crassi, eo mihi etiam dignior uisus est, quem in fidem, atque amisitiã meã recipere, quod eos à se obseruandos
& colendos

LIBER SECVNDVS.

& colendos putabat, quos ille dilexisset, & quibus
 carus fuisset. itaq; & ad me in Ciliciam uenit: mul-
 tisq; in rebus mihi magno usui fuit & fides eius,
 & prudentia: & ut opinor, tibi in Alexandrino
 bello, quantum studio, & fidelitate consequi potu-
 it, non defuit. quòd cum speraret te quoque ita ex-
 istimare. in Hispaniam ad te maxime ille quidē suo
 consilio, sed etiā me auctore est profectus. cui ego
 commendationem non sum pollicitus: non quin
 eam ualituram apud te arbitrarer, sed neq; egere
 mihi commendatione uidebatur, qui & in bello te
 cum fuisset, & propter memoriam Craesi de tuis
 unus esset: & si uti commendationibus uellet, etiā
 per alios cum uidebam id consequi posse. testimo-
 nium meum de eo iudicij, quod & ipse magni aesti-
 mabat, & ego apud te ualere erā expertus, ei libe-
 ter dedi. doctum igitur hominem cognoui, & stu-
 dijs optimis deditum, idq; à puero. nam domi mea
 cū Diodoto Stoico, homine meo, iudicio, eruditissi-
 mo, multum à puero fuit. nunc autē incensus stu-
 dio rerum tuarum, eas literis Græcis mandare cupie-
 bats posse arbitrari: ualet ingenio: habet usum:
 iam pridem in eo genere studij, literarumq; uersa-
 tur: satisfacere immortalitati laudū tuarum mira-
 biliter cupit. Habes opinionis meæ testimonium:

EPIST. SELECT.

sed tu hoc facilius multò, pro tua singulari prudentia iudicabis. tamen quod negaueram, commendo tibi eum, quidquid ei commendaueris, erit mihi maiorem in modum gratum. Vale.

ARGUMENTVM EPIST. 15.

lib. 12. ad Atticum.

Hanc eodem anno, Tullia filia mortua, ruri in luctu ad Atticum dedit.

CICERO S. D. ATTICO.

PRO omnibus, apud Appuleium, quoniam in perpetuum non placet, indies ut excuser uidebis, in hac solitudine careo omnium colloquio: cumq; mane me in syluam abstrusi densam & asperam, non exeo inde ante uesperum. secundum te nihil est mihi amicus solitudine. in hac mihi omnis sermo est cum literis. eum tamen interpellat fletus: cui repugno quoad possum: sed adhuc pares non sumus, Bruto, ut suades, rescribam. eas literas cras habebis, cum erit cui des, dabis. Vale.

ARGUMENTVM EPIST 5. LIB.

4. Famil.

Placuit hic Ser. Sulpitij consolationem Ciceronis epistolis interponere, quod & Seruius argumenta uaria ad dolorem Ciceronis minuendum collegerit, & Cicero illi accurate responderit.

Ser. Sulpicius S. D. M. Ciceroni

Posteaquana

EPIST. SELECT.

Posteaquam mihi renuntiatum est de obitu
 Tulliae filiae tuae: sane quam pro eo, ac debui,
 grauius molestaeq; tuli, communemq; eam calamita-
 tatem existimaui: qui si istuc adfuissem, neque tibi
 defuissem, coramq; meum dolorem tibi declaras-
 sem. et si genus hoc consolationis miserum, atque
 acerbum est: propterea quia per quos ea confieri
 debet, propinquos, ac familiares, ipsi pari molesta
 afficiuntur, neque sine lacrimis multis id con-
 nari queunt: uti magis ipsi uideantur aliorum con-
 solatione indigere, quam alijs posse suum officium
 praestare: tamen, quae in praesentia in mentem mi-
 hi uenerunt, decreui breui ad te perscribere non
 quod ea te fugere existimem: sed quod forsitan do-
 lore impeditus, minus ea perspicias. Quid est, quod
 tantopere te commoueat tuus dolor intestinus? co-
 gita, quemadmodum adhuc fortuna nobiscum ege-
 rit: ea nobis crepta esse, quae hominibus non mi-
 nus, quam liberi, cara esse debent, patriam, hone-
 statem, dignitatem, honores omnes. hoc uuo in-
 commodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit?
 aut qui non in illis rebus exercitatus animus calle-
 re iam debet, atque omnia minoris aestimare? an
 illius uicem, credo, doles? quoties in eam cogitati-
 onem necesse est ut tu ueneris, ut nos sepe incidi-

EPIST. SELECT.

mus, hisce temporibus non pessime cum ijs esse ac-
 tum, quibus sine dolore licitum est mortem cum
 uita commutare. quid autem fuit, quod illam hoc
 tempore ad uiuendum magnopere inuitare possent?
 quæ res? quæ spes? quod animi solatium? ut cum a-
 liquo adolescente primario coniuncta ætatem
 ageret? licitum est tibi credo, pro tua dignitate ex
 hac iuuentute generum deligere, cuius fidei libe-
 ros tuos te tuto committere putares. an ut ea libe-
 ros ex sese pareret, quos cum florentes uideret,
 lætaretur? qui rem à parente traditam per se tene-
 re possent honores ordinatim petituri essent in
 Rep. in amicorum negotijs liberalitate sua uteren-
 tur? quid horum fuit, quod non prius, quam datū,
 ademtum sit? at uero malum est, liberos amittere:
 malum, nisi hoc peius sit, hæc sufferre & perpeti.
 Quæ res mihi non mediocrem consolationem at-
 tulit, uolo tibi commemorare: si forte eadem res ti-
 bi dolorem minuere possit. Ex asia rediens, cum
 ab Aegina Megaram uersus nauigare, cœpi regi-
 ones circumcirca prospicere. post me erat Aegin-
 na, ante Megara, dextra Piræus, sinistra Corin-
 thus: quæ oppida quodam tempore florentissima
 fuerunt, nunc prostrata & diruta ante oculos ia-
 cent. cœpi egomet mecum sic cogitare. Hem, nos

humunculi

LIBER SECVNDVS.

homunculi indignamur, si quis nostrum interijt,
 aut occisus est, quorum uita breuior esse debet, cū
 uno loco tot oppidum cadauera proiecta iaceant,
 uis ne tu te Serui cohibere, & meminisse hominē
 te esse natum? Crede mihi, cogitatione ea non me-
 diocriter sum confirmatus. hoc idem, si tibi uide-
 tur, fac ante oculos tibi proponas, modo uno tem-
 pore tot uiri clarissimi interierunt: de imperio
 præterea tanta deminutio facta est; omnes prouin-
 ciae conquassatae sunt. in unius muliercula animo-
 la si iactura facta est, tantopere commoueris? quæ
 si hoc tempore non diem suum obijisset, paucis post
 annis tamen ei moriendum fuit, quoniam, homo
 nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animum, ac
 cogitationem tuam auoca, atq; ea potius reminis-
 cere, quæ digna tua persona sunt: illam, quàm diu
 ei opus fuerat, uixisse: una cum Rep. fuisse: te pa-
 trem suum prætorem, consulem, augurem uidisse:
 adolescentibus primarijs nuptam fuisse: omnibus
 bonis prope persunctam esse: cum Resp. occideret,
 uita excessisse. quid est, quod tu aut illa cum fortuna
 hoc nomine queri possitis? Denique nolite oba-
 liuisci Ciceronem esse, & eum, qui alijs consueris
 præcipere, & dare consiliū. neq; imitari malos me-
 dicos, qui in alienis morbis profitentur tenere se
 medicina

LIBER SECVNDVS.

medicinae scientiam ipsi se curare non possunt: sed
 potius, quae alijs praecipere soles, ea tute tibi sub-
 ijce, atq; apud animum propone. Nullus dolor est,
 quem non longinquitas temporum minuatur, ac mol-
 liat. hoc te expectare tempus tibi turpe est ac non
 ei rei sapientia tua te occurrere. quod si qui etiã
 inferis sensus est: qui illius amor in te fuit, pietasq;
 in omnes suos, hoc certe illa te facere non uult. da
 hoc illi mortuae: da ceteris amicis, ac familiaribus,
 quae tuo dolore marent: da patriae: ut, si qua in re
 opus sit, opera & consilio tuo uti possit. Deniq;
 quoniam in eam fortunam deuenimus, ut etiam hu-
 ic rei nobis seruiendum sit: noli committere, ut
 quisquam te putet non tam filiam, quam Reipub.
 tempora, & aliorum uictoriam lugere. Plura me
 ad te de hac re scribere pudet, ne uidear prudentia
 tuae diffidere. quare si hoc unum proposuero, si-
 nem faciam scribendi. Vidimus aliquoties secundã
 pulcherrime te ferre fortunam, magnamq; ex ea re
 laudem adipisci: fac aliquando intelligamus, aduera-
 sam quoque te aequae ferre posse, neque id maius,
 quam debeat, tibi onus uideri: ne ex omnibus uir-
 tutibus haec una tibi uideatur deesse. Quod ad me
 attinet, cum te tranquilliore esse animo cognouer-
 o, de his rebus, quae hic geruntur, quemadmodum

q; se

EPIST. SELECT.

¶ se prouincia habeat, certiozem faciam. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 6.

eiusdem libri.

Respondet Seruio, atque dolorem grauiorem enumeratione causarum excusat.

M. Cicero S. D. Ser. Sulpicio.

EGo uerò Serui uellem, ut scribis, in meo gra-
uissimo casu adiuuasses. quantum enim præ-
sens me adiuuare potueris & consolando, & pro-
pe æque dolendo, facile ex eo intelligo, quod litem
tuis lectis, aliquantulum acquieui. Nam & ea
scripsisti, quæ leuare luctum possent: & in me
consolando non mediocrem ipse animi dolorē ad-
hibuisti. Seruus tamen tuus omnibus officijs, quæ
illi tempore tribui potuerunt, declarauit, & quæ
ti ipse me faceret, & quàm suum talem erga me a-
nimum tibi gratum putaret fore: cuius officia iu-
cundiora scilicet sæpe mihi fuerunt nunquam ta-
men gratiora. me autem non oratio tua solum, &
societas pæne ægritudinis, sed etiam auctoritas cõ-
solatur. turpe enim esse existimo, me non ita fer-
re casum meum, ut tali sapientia præditus, seren-
dum putas: sed opprimor interdum, & uix resisto
dolori, quod ea me solatia deficiunt, quæ cæteris,
quorum mihi exempla propono, simili in fortuna

*Arguuntur
Epistola ut in se
pompria qua in se
del ad consolationem
sunt inordinata
uorum consunt*

EPIST. SELECT.

non defuerunt. Nam & Q. Maximus, qui filium
 consularem, clarum uirum, & magnis rebus gestis,
 amisit, & L. Paullus, qui duos septem diebus, &
 uester Gallus, & M. Cato, qui summo ingenio,
 summa uirtute filium perdidit, ijs temporibus fu-
 erunt, ut eorum luctum ipsorum dignitas consola-
 retur ea, quam ex Rep. consequabantur, mihi au-
 tem amissis ornamentis ijs, quæ ipse commemoras,
 quæq; eram maximis laboribus adeptus, unum ma-
 nebat illud solatium, quod ereptum est. non ami-
 corum negotijs, non Reip. procuracione impedi-
 ebantur cogitationes meæ: nihil in foro agere lice-
 bat: aspiceretur curiam non poteram. existimabam,
 id quod erat, omnes me & industriae meæ fructus,
 & fortunæ perdidisse. sed cum cogitarem hæc mi-
 hi tecum, & cum quibusdam esse communia: & cū
 frangerem iam ipse me, cogeremq; illa ferre tolle-
 ranter: habebam quod confugerem, ubi conquiesce-
 rem, cuius in sermone, & suauitate omnes curas
 doloresq; deponerem. nunc autem hoc tam graui
 uulnere, etiam illa, quæ consanuisse uidebantur,
 recrudescunt. non enim ut tam me à Rep. mæstum
 domus excipiebat, quæ leuaret: sic nunc domo mæ-
 rens ad Remp. confugere possum, ut in eius bonis
 acquiescam. itaq; & domo absom, & foro: quod

nec

LIBER SECVNDVS.

nec eum dolorem, quem à Rep. capio, domus iam
 consolari potest, nec domesticum Resp. quo magis
 te exspecto, teq; uidere quamprimum cupio.
 maior mihi leuatio afferri nulla potest, quàm con-
 iunctio consuetudinis, sermonumquè nostro-
 rum. quanquam sperabam tuum aduentum (sic
 enim audiebam) appropinquare. ego autem cum
 multis de causis te exopto quamprimum uidere,
 tum etiam ut ante commentemur inter nos, qua
 ratione nobis traducendum sit hoc tempus, quod
 est totum ad unius uoluntatem accommodandum
 & prudentis, & liberalis, & ut per spexisse ui-
 deor, nec à me alieni. & tibi amicissimi. quod cum
 ita sit, magna tamen est deliberationis, quæ ratio
 sit ineunda nobis, non agendi aliquid, sed illius
 concessu, & beneficio quiescendi. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 20. LIB.

16. Famil.

Breuis epistola est ad Tironem, quem ægrum Ro-
 mam miserat, de ualetudine curanda, libris componendis, &
 Tironis reditu.

TULLIVS S. D. Tironi.

SOLICITAT, ita uiuam, me tua, mi Tiro
 Sualetudo: sed confido si diligentiam, quam in-
 stituisti, adhibueris, cito te firmum fore. libros cõ-
 pone, indicem cum Metrodoro lubebit: quando
 eius

LIBER SECVNDVS.

eius arbitrato uiuendum est. Cum olitore ut uideatur. Tu potes kalendis spectare gladiatores, postridie redire: & ita censeo. uerum, ut uidebitur. Cura te, si me amas, diligenter. Vale.

ARGUMENTVM EPIST. 48.

libri 12. ad Aticum.

Nuntiat Pomponio preces Marij de causa ipsius suscipienda. addit quedam de Curtio, Tirone, sua epistola ad Cæsarem, & hortis.

CICERO S. D. ATTICO.

Heri non multo post, quam tu à me discessisti, puto, quidam urbani, ut uidebantur, ad me mandata, & literas attulerut à C. Mario C. F. cum multis uerbis agere mecum per cognationem quæ mihi secum esset, per eum Marium, quem scripsissem, per eloquentiam L. Craßi, aut sui, ut se defenderem: causamq; suam mihi perscripsit. rescripsi, patrono illi nihil opus esse, quoniam Cæsaris, propinqui eius, omnis potestas esset, uiri optimi, hominis liberalissimi: me tamen ei fautorum. O tempora: fore, cum dubitet Curtius consulum petere? Sed hæc hætenus. De Tirone mihi curæ est: sed iam sciam quid agat. heri enim misi qui uideret: cui etiam ad te literas dedi. Epistolam ad Cæsarem tibi misi. Horti quam in diem proscripti sint, uelim ad me scribas. Vale.

Argumentum

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM EPIST. II.

libri 13. ad Atticum.

Significat desiderium ex disjunctione, & causans
 cur è Tusculano Arpinum sit profectus, adscr. bit. monet ad
 extremum de literis mittendis, & hortis emendis.

CICERO S. D. ATTICO.

CRedebam esse facile: totum est aliud. postea
 aquam sum à te diiunctior. sed fuit facien-
 dum, & ut constituerem mercedulas prædiorum,
 & ne magnum onus obseruantia Bruto nostro im-
 ponerem. posthac enim poterimus commodius co-
 lere inter nos in Tusculano: hoc autem tempore,
 cum ille me quotidie uidere uellet, ego ad illum ire
 non possem, priuabatur omni dilectione Tulsula-
 ni. tu igitur, si Seruilia uenerit, si Brutus, quide-
 gerit, etiã si constituerit, quando obuiã quidquid
 denique erit, quod scire me oporteat, scribes. Piso-
 nem, si poteris, conuenias. uides quam maturum
 sit: sed tamen quod commodo tuo fiat. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 5. LIB.

13. Famil.

Postreditum Cæsaris à bello Hispaniensi, ad Qu-
 Valerium, qui agris diuidendis præpositus erat, hanc misit,
 ipsum rogans, ne C. Curtij ager in Volaterrano diuidatur.

M. Cicero S. D. Q. Valerio, Q. F.

Orca, legato pro præ.

E

NON

EPIST. SELECT.

Non moleste fero, eam necessitudinem, quæ mihi tecum est, notam esse quamplurimis, neq; tamen ob eam causam, quod tu optime existi mare potes, te impedio, quo minus susceptum negotium pro tua fide, & diligentia ex uoluntate Cesaris, qui tibi rem magnam, difficilemq; commisit, gerere possis. nam, cum multi à me petant multa, quod de tua erga me uoluntate non dubitent: non committo, ut ambitione mea conturbem officium tuum. C. Curtio ab ineunte etate familiarissime sum usus. eius & Sullani temporis iuississima calamitate dolui & cum ijs, qui similem iniuriam acceperant, amissis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam uoluntate omnium concedi uideretur, adiutor incolunitatis sui. is habet in Volaterrano possessionem, cum in eam, tanquam è naufragio, reliquias contulisset. hoc autem tempore cum Cesar in senatum legit: quem ordinè ille, ista possessione amissa, tueri uix potest. grauissimum autem est, cum superior factus sit ordine, inferiori esse fortuna: minimeq; conuenit, ex eo agro, qui Cesaris iussu diuidatur, eum moueri, qui Cesaris beneficio senator sit. Sed mihi minus libet multa de æquitate rei scribere: ne causa potius apud te ualuisse uidear, quàm gratia. Quamobrem

te maiorem

LIBER SECVNDVS.

te maiorem in modum rogo, ut C. Curtij rem mea-
am putes esse: quicquid mea causa faceres, ut id, C.
Curtij causa cum feceris, meum existimes: quod ille
per me habuerit, id me habere abs te putato. hoc
te uehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 8.

eiusdem libri.

Huius epistolæ argumentum superioris simile est, ro-
gat enim Rutilium, ut in agrorum diuisione Albini prædia
ne attingat.

M. Cicero S. D. M. Rutilio.

CVM & mihi conscius essem, quanti te face-
rem, & tuam erga me beneuolentiam ex-
pertus essem: non dubitavi à te petere, quod mihi
petendum esset. P. Sextium quanti faciam, ipse op-
time scio: quanti autem facere debeam, & tu, &
omnes homines sciuntis cum ex alijs te mei studio-
sissimum esse cognoscet, petiuit à me, ut ad te quàm
accuratissimè scriberem de re C. Albinij senatoris:
cuius ex filia natus est L. Sextius optimus adoles-
cens, filius P. Sextij. Hoc idcirco scripsi, ut intelli-
geres non solum me pro P. Sextio laborare debere,
sed Sextium etiam pro Albinio. res autem hæc est.
A. M. Laberio C. Albinus prædia in æstimatio-
nem accepit: quæ prædia Laberius emerat à Cæsare
de bonis Plotianis, ea si dicā non esse è Rep. diuidi,

E 2

docere

EPIST. SELECT.

docere te uidear, nō rogare. Sed tamen cum Cæsar Sullanæ uenditiones, in assignationes ratas esse uelit, quo firmiores existimentur suæ: si ea prædia diuidentur, quæ ipse Cæsar uendidit, quæ tandem in eis uenditionibus esse poterit auctoritas? sed hoc quale sit, tu pro tua prudentia considerabis. Ego te plane rogo, atq; ita, ut maiore studio, iustiore de causa, magis ex animo rogare non possim, ut Albinio parcas, prædia Laberiana ne attingas, magna me affeceris non modo lætitiæ, sed etiã quodammodo gloria, si P. Sextius homini maxime necessario satisfecerit per me, ut ego illi uni plurimũ debeam. quod ut facias, te uehementer etiam atq; etiam rogo. maius mihi dare beneficium nullũ potes, id mihi intelliges esse gratissimum. Vale.

ARGUMENTVM EPIST. 4.

lib. 14. ad Atticum.

Hanc post Cæsaris cædem, cum uillas suas lustraret, dedit. uide Histor. Ciceronis pag. 326. scribit de minis Cæsarianorum, & Atticum ad scribendum inuitat.

CICERO S. D. ATTICO.

Numquid putas me Lanuuij? at ego te istic quotidie aliquid noui suspicor. tument negotia. nam cum Matius, quid censes cæteros? equidem doleo, quod nunquam in ulla ciuitate accidit, non una cum libertate Remp. recuperatam. horribile

LIBER SECVNDVS.

bile est, quæ loquantur, quæ minitentur. ac uere-
or Gallica etiam bella, ipse Sextus quo euadat, sed
omnia licent concurrant, idus Martij consolantur.
Nostri autè heroes, quod per ipsos confici potuit,
gloriosissimè & magnificentissimè confecerunt:
reliquæ res opes & copias desiderant: quas nullas
habemus. Hæc ego ad te, ut, si quid noui, (nam quo-
tidie aliquid exspecto) confestim ad me: & si noui
nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitteri
literulas, equidem non comittam. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 20.

libri 15. Famil.

C. Trebonio, eodem tempore in Asiam prouinciam
ipsi à senatu decretam proficiscenti hanc misit. Laudat Sa-
binum, & crebras literas à Trebonio petit.

M. Cicero S. D. C. Trebonio.

Oratorem meum (sic enim inscripsi) Sabi-
no tuo commendauit. natio me hominis im-
punit, ut ei recte putarem: nisi forte candidatorum
licentia hic quoq; usus, hoc subito cognomen arri-
puit, & modestus eius uultus, sermoq; constans
habere quiddam à Curibus uidebatur. Sed de Sa-
bino satis. Tu mi Treboni, quando ad amorem me-
um aliquantulum discedens addidisti: quo tolera-
bilis feramus igniculum desiderij tui, crebrius
nos literis appellato, atq; ita, si idem fiet à nobis.

E 3

quanquam

EPIST. SELECT.

quanquam duæ causæ sunt, cur tu frequentior in isto officio esse debeas, quàm nos: primum, quod olim solebant, qui Romæ erant, ad prouinciales amicos de Repub. scribere: nunc tu nobis scribas oportet: res enim publica istic est: deinde quod nos alijs officijs tibi absenti satisfacere possumus: tu nobis, nisi literis, non uideo, quare alia satisfacere possis, sed cætera scribes ad nos postea: nunc hæc primò cupio cognoscere: iter tuum cuiusmodi sit: ubi Brutum nostram uideris: quàm diu simul fueris: deinde cum processeris longius, de bellicis rebus, de toto negotio: ut existimare possimus, quo statu simus. ego tantum me scire putabo, quantum ex tuis literis habebō cognitum. Cura ut ualeas, meq; ames amorī illo tuo singulari. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. AD DOLABEL-
lam quæ libro 15. ad Atticum
extat.

Elegans gratiarum actio est pro beneficijs quibus Dolabella cos. Atticum in causa Buthrotia affecerat: quæ ut tueri uelit, rogat.

M. Cicero S. D. Dolabellæ cos. suo.

ANtea cum per literas Attici nostri de tua summa liberalitate, summoq; erga se beneficio certior factus essem, cumq; tu ipse etiam ad
me

LIBER SECVNDVS.

me scripsisses, te fecisse eas, quæ nos uoluissimus:
 egi tibi gratias per literas ijs uerbis, ut intellige-
 res, nihil te mihi gratius facere potuisse. postea
 uerò quàm ipse Atticus ad me uenit in Tusculanum
 huius unius rei causa, tibi ut apud me gratias age-
 ret, cuius eximiam quandam, & admirabilem in
 causa Buthrotia uoluntatem, & singularem erga
 se amorem perspexisset: teneri non potui, quin
 tibi apertius illud idem his literis declararem, ex
 omnibus enim mi Dolabella, studijs in me, & offi-
 cijs, quæ summa sunt, hoc scito mihi & amplissi-
 mum uideri, & gratissimum esse quod perferis,
 ut Atticus intelligeret, quantum ego te, quantum
 tu me amares. quod reliquum est, Buthrotiam &
 causam, & ciuitatem, quanquam à te constituta
 est, (beneficia autem nostra tueri solemus) tamen
 uelim receptam in fidem nostram, à meq; etiam ti-
 bi commendatam, auctoritate & auxilio tuo tectam
 am uelis esse. satis erit in perpetuum Buthrotijs
 præsidij, magnaq; cura, & solitudine Atticum,
 & me liberaris: si hoc honoris mei causa susceperis,
 ut eos semper à te defensos uelis. quod me faci-
 as, te uehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. VI.

libri II. Famil.

E 4

Cicero

EPIST. SELECT.

Cicero iter in Græciam ingressurus, de quo in Histor. pag. 432. ut Oppium ad res suas tuendas incitet, consilium ipsius probat, & beneficia eius in se commemorat.

CICERO S. D. OPPIO.

Dubitanti mihi, quod scit Atticus noster de hoc toto consilio profectiois, quod in utramque partem in mentem multa ueniebant, magnū pondus accessit ad tollendam dubitationem iudicium, & consilium tuum. nam & scripsisti aperte, quid tibi uideretur: & Atticus ad me sermonem tuum pertulit. Semper iudicaui, in te, & in capiendo consilio prudentiam summam esse, & in dando fidem. maximeq; sum expertus, cum initio civilis belli per literas te consulissem, quid mihi faciendum; esse censeret, eundumne ad Pompeium, an manendum in Italia, suscisti, ut consulerem dignitati meæ. ex quo quid sentiret, intellexi: & sum admiratus fidem tuam: & in consilio dando religionem: quod, cum aliud malle amicissimum tuum putares, antiquus tibi officium meum, quàm illius uoluntas fuit. Equidem & ante hoc tempus te dilexi: & semper me à te diligenti sensi: & cum abessem, atq; in magnis periculis essem, & me absentem, & meos præsentem à te cultos & defensores esse memini: & post meum reditū, quàm familiariter mecum uixeris, quæq; ego de te & sense-

LIBER SECVNDVS.

& senserim & prædicarim, omnes qui solent hæc
 animaduertere, testes habemus. Grauißimum uero
 iudicium de mea fide, & de constantia fecisti, cum
 post mortem Cesaris totum te ad amicitiam meam
 contulisti, quod tuum iudicium nisi mea summa be-
 neuolentia erga te, omnibusq; meritis comproba-
 ro, ipse me hominem non putabo. Tu mi Oppi,
 conseruabis amorẽ tuum (et si more magis hoc qui-
 dem scribo, quàm quo te admonendum putem)
 mea; omnia tuebere: quæ tibi ne ignota essent,
 Attico mandauit. A me autẽ cum paullum otij na-
 ti erimus, uberiores literas exspectato. Da ope-
 ram ut ualeas. hoc mihi gratius facere nil potes.

ARGVMENTVM EPIST. 9.

libri 16. ad Atticum.

Hanc cum de medio cursu Achaico, in Italiam re-
 uersus, Romam uersus proficisceretur, Attico de suo itinere
 misit.

CICERO S. D. ATTICO.

VI. kalend. ueni ad me in Sinuessanum, eo-
 dem die uulgo loquebantur Antonia
 mansurum esse Casilini. itaq; mutaui consilium.
 statueram enim recta Appia Romam, facile me ille
 esset assequutus. aiunt enim Casariana uti celerita-
 tate. uerti igitur me à Minturnis Arpinum uersus.
 constitueram a. d. II. id. aut Aquini manere, aut

EPIST. SELECT.

In Arcano. nunc, mi Attice, tota mente incumbere in hanc curam. magna enim res est. tria sunt autem maneam ne Arpini, an propius accedam, an ueniam Romam. quod censueris, faciam: sed quam primum. auide exspecto tuas literas. VI. idus mane in Sinuissano. Vale.

ARGUMENTVM EPIST. 16.

libri II. Famil.

D. Iunio Bruto, qui post Caesaris necem in Galliam citeriorem profectus rem bene gesserat, & Imperator appellatus erat, L. Aelium Lamiam in petitione præturæ commendat.

M. Cicero D. Bruto cos. desig.

S. D.

Permagni interest, quo tibi hoc tempore epistola reddita sit: utrum, cum solitudinis aliquid haberes: an cum ab omni molestia uacuus esses. itaq; ei præcipi, quem ad te misi, ut tempus obseruaret epistolæ tibi reddendæ, nam quemadmodum coram qui ad nos intempestiuæ adeunt, molesti sæpe sunt: sic epistolæ offendunt, non loco reddita. si autem, ut spero, nihil te perturbat, nihil impedit, & ille, cui mandauit, satis scitè, comòdè tempus ad te cœpit adeundi: confido me, quod uelim, facile à te impetraturum. L. Lamia præturam petis hoc ego utor omniū plurimum. magna
 uetustas

LIBER SECVNDVS.

uetustas, magna consuetudo intercedit: quodq; plurimum ualeat, nihil mihi est eius familiaritate iucundius. magno præterea beneficio eius, magnoq; merito sum obligatus. nam Clodianis temporibus, cum equestris ordinis princeps esset, proq; mea salute acerrime propugnaret, à Gabinio cos. relegatus est: quod ante id tempus ciui Romano Romæ contigit meminisse, hoc cum Po. Ro. meminit, me ipsum non meminisse turpissimum est. quapropter persuade tibi, mi Brute, me petere præturam, quanquam enim Lamia summo splendore, summa gratia est, magnificentissimo munere adilio: tamen, quasi ea ita non essent, ego suscepi totum negotium. nunc si me tanti facis, quasi certe facis: quando equitum centurias tenes in quibus regnas, mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat. Nam tenebo te pluribus: ponam in extremo, quod sentio. nihil est Brute, cum omnia à te expectem, quod mihi gratius facere possis. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 2.

libri 10. Famil.

L. Munatio Planco, qui in Gallia transalpina cum imperio erat, se excusat quod in senatu, cum eius causa ageretur, non fuerit: pollicetur quoque suum officium in ijs, quanto & honestè facere possit.

CICERO S. D. PLANCO.

MCXIII

EPIST. SELECT.

MEum studium honori tuo pro necessitudi-
ne nostra non defuisset, si aut tuto in se-
natum, aut honeste uenire potuissem. sed ne sine
periculo quisquam, liberè de Rep. sentiens, uersa-
ri potest in summa impunitate gladiatorum: nec no-
stræ dignitatis uidetur esse, ibi sententiam de Re-
pub. dicere, ubi me & melius, & propius audi-
ant armati, quàm senatores. quapropter in priua-
tis rebus nullum neque officium neq; studium me-
um desiderabis: ne in publicis quidem, si quid erit,
in quo me interesse necesse sit, unquam de cro-
ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ, in ijs au-
tem rebus, quæ nihilo minus, ut ego absim, confici
possunt, peto à te, ut me rationem habere uelis &
salutis, & dignitatis meæ. Vale.

ARGUMENTVM EPIST. 14.

libri 12. Famil.

Hæc scripta est Pansa & Hirtio coff. cum legati ad
Antonium missi essent, de quibus in Histor. Ciceronis pag.
344. Hortatur Cornificium, ut omni cura in Remp. incumbat,
eidemq; Pinarium commendat.

CICERO S. D. Cornificio.

Ego ^{nequam uero / in uis} nullum locum prætermitto (nec enim
^{neque horum / in} debeo) non modo laudandi tui, sed ne ora-
nandi quidem. sed mea studia erga te, & officia ma-
lo tibi ex tuorum literis, quàm ex meis esse nota.

Te

*Hic mihi nota est prima
Pansæ. In priuatis
Cicero non committit
nec in publicis in or-
atione Cornificio
Hortatur ut pro uis
publica diligenter
laboret ut pro uis
in litteris ne sit
in uis commendat*

LIBER SECVNDVS.

Te tamen hortor, ut omni cura in Remp. incumbas. hoc est animi, hoc est ingenij tui, hoc eius spei, quam habere debes amplificandę dignitatis tuę. sed hac de re alias ad te pluribus. cum enim hæc scribebam, in expectatione erant omnia. nondum legati redierant, quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denuntiandum miserat, nisi legatorum nuntio paruisset. ego tamen, ut primū occasio data est, meo pristino more Remp. defendi: me principem senatui, populoq; R. professus sum: nec posteaquam suscepi causam libertatis, minimum tempus amisi tuendę salutis, libertatisq; communis. Sed hæc quoq; te ex alijs malo. T. Pinarium familiarissimum meum, tanto tibi studio commendo, ut maiore non possim. cui cum propter omnes uirtutes, tum etiam propter studia communia sum amicissimus, is procurat rationes, negotiaq; Dionysij nostri, quem & tu multum amas, & ego omnium plurimum. ea tibi ego non deo commendare, sed commendo tamen. facies igitur, ut ex Pinarij gratissimi hominis literis, tuę erga illū, & erga Dionysiu studium perspiciamus. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 5.

libri IO. Famil.

Planco his literis respondens gratulatur, ipsum optimo in Remp. animo esse, hortaturq; ut persistat.

Cicero

EPIST. SELECT.

CICERO S. D. Planco.

Binas à te accepi literas eodem exemplo: quod ipsum argumento mihi fuit diligentiae tuae. intellexi enim te laborare, ut ad me tuae expectatissimae literae perferrentur. ex quibus cepti fructum duplicem, mihiq; in comparatione difficilem ad iudicandum, amorē ne erga me tuum animum in Remp. pluris aestimandum putarem. est omnino patriae caritas, meo quidem iudicio maxima: sed amor uoluntatisq; coniunctio plus certe habet suauitatis. itaq; commemoratio tuae paternae necessitudinis, beneuolentiæq; eius, qui erga me à pueritia contulisses, ceterarumq; rerum, quae ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi letitiam attulerunt. rursus declaratio animi tui, quem haberes de Rep. quemq; habiturus esses, mihi erat iucundissima: eoq; maior erat hæc letitia, quòd ad illa superiora accedebat. Itaq; te non hortor solum, mi Plance, sed plane etiam oro: quod feci ijs literis, quibus tu humanissime respondisti: ut tota mente, omniq; animi impetu in Remp. incumbas: nihil est, quod tibi maiori fructui, gloriæq; esse possit. Nec quicquam ex omnibus rebus humanis est præclarius, aut præstantius, quàm de Rep. bene mereri, adhuc enim patitur tua summa
humanitas

LIBER SECVNDVS.

humanitas, & sapientia, me quod sentiam libera
re dicere) fortuna suffragante, uideris res maxi-
mas consecutus, quod quanquam sine uirtute non
potuisses: tamen ex maxima parte ea, quæ es adeptus,
fortuna temporibusq; tribuuntur. his tempo-
ribus difficilimis Reip. qui quid subueneris, id e-
rit totum & proprium tuum. Incredible est om-
nium ciuium, latronibus exceptis, odium in Anto-
nium, magna spes in te. & in tuo exercitu. magna
expectatio. cuius per deos gratiæ, gloriæq; caue tē-
pus amittas. sic moneo, ut filium: sic faueo, ut mihi:
sic hortor, ut & pro patria, & amicissimum. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 13.

ad M. Brutum.

Bello Mutinensi, ut apparet scripta est ad M. Bru-
tum in graui ipsius luctu, de quo eum consolatur.

CICERO S. D. Bruto.

FVngerer officio, quo tu functus es in meo
luctu. teq; per literas consolarer, nisi scirem
ijs remedijs, quibus meum dolorem tu leuasses, te
in tuo egere. ac uelim facilius, quàm tunc ego mi-
hi, nunc tute tibi medeare. est enim alienum tan-
to uiro, quantus es tu, quod alteri præceperit, id
ipsum facere non posse. me quidem cum rationes,
quas collegeras, tū auctoritas tua à nimio mœrore
deterruit

EPIST. SELECT.

deterruit. cum enim mollius tibi ferre uiderer, quam decreet uirum. præsertim eū, qui alios consolari soleret, accusasti me per literas grauioribus uerbis, quam tua consuetudo ferebat. itaq; iudicium tuum magni estimans, idq; ueritus, me ipse collegi, & ea, que didiceram, legeram, acceperam, grauiora duxi tua auctoritate addita. Ac mihi tum Brute, officio solum erat & naturæ, tibi nunc populo, & scenæ, ut dicitur, seruiendum est. nam cū in te non solum exercitus tui, sed omnium ciuium, ac pene gentium coniecti oculi sint: minime decet, propter quem fortiores ceteri sumus, cum ipsum animo debilitatum uideri. quamobrem accepisti tu quidem dolorem, (id enim amisisti, cui simile in terris nihil fuit) & est uerendum in tam graui uulnere, ne id ipsum carere omni sensu doloris, sit miserius, quam dolere: sed, ut modicè, ceteris utile est, tibi necesse est, scribere plura, nisi ad te hæc ipsa nimis multa essent. Nos te tuumq; exercitum exspectamus: sine quo, ut reliqua ex sententia succedant, uix satis liberi uidemur fore. De tota Rep. plura scribam, & fortasse iam certiora ijs literis, quas Veteri nostro cogitabam dare. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 14.

lib. 10. Famil.

M. Antōi

LIBER SECVNDVS.

M. Antonio ad Mutinam uicto hæc scripta est, quæ Plancum de subsidio Reip. ferendo laudat, atque, ut Antonium persequatur, hortatur.

CICERO FLANCO S.

O Gratiam famam biduo ante uictoriam, de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copijs, atque etiam hostibus fuis, spes omnis in te est, fugisse enim ex prælio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces. Est autem non minus gradum extrema delere, quam prima depellere. equidem exspectabam iam tuas literas idq; cum multis sperabamq; etiam Lepidum Reip. temporibus admonitum, tecum & Reip. satis esse facturum. in illam igitur curam incumbere, mi Plance, ut ne quæ scintillæ terrimi belli relinquatur. quod si erit factum, & Reip. ætuno beneficio affeceris, & ipse æternam gloriam consequere. D. III. non. MAY.

ARGVMENTVM EPIST. 22.

libri II. Famil.

Petit à Bruto M. Tullius, ut Ap. Claudium, qui Antonij partes secutus erat, incolumem in ciuitate retineat.

M. CICERO S. D. D. Bruto.

CVM Ap. Claudio C. F. summa mihi necessitudo est mulis eius officijs & meis mutuis constituta. peto à te maiorem in modum, uel humanitatis tue, uel mea causa, ut eum sustineas.

*Argumētum
Dicitur in ista parte
ut Bruto scribitur
quod in hostibus
hæretis mihi
Cicero Plancum
ad mutinam
in duobus diebus
impugnauit
quod Antonium
in mutinam
ad hunc ad
modum scribit
adulo pnyat
hic Lepidum
in mutinam
ante
Bruto scribitur
quod in hostibus
hæretis mihi*

*Argumētum
Dicitur in ista parte
ut Bruto scribitur
quod in hostibus
hæretis mihi
Cicero Plancum
ad mutinam
in duobus diebus
impugnauit
quod Antonium
in mutinam
ad hunc ad
modum scribit
adulo pnyat
hic Lepidum
in mutinam
ante
Bruto scribitur
quod in hostibus
hæretis mihi*

EPIST. SELECT.

fuit ea mihi periucunda, sic enim uidi, quasi ea,
 quæ oculis cernuntur, me à te amari dices. Quid
 antea? semper equidem, sed nunquam illustrius. Li-
 tere tuæ mirabiliter gratæ sunt senatui cum rebus
 ipsis, quæ erant grauissima, & maximæ, fortissi-
 mi animi, summiq; consilij, tum etiam grauitate
 sententiarum atq; uerborum, sed mi Plance, incum-
 be, ut belli extrema perficias in hoc erit summa &
 gratia, & gloria. cupio omnia Reip. causa: sed me
 hercule, in ea conseruanda iam defatigatus, non
 multo plus patriæ faueo, quam tuæ gloriæ: cuius
 maximam facultatem tibi dij immortales, ut spero,
 dedere: quam complectere obsecro. qui enim An-
 tonium oppresserit, hoc bellum teterrimum peri-
 culosissimumq; confecerit. Vale.

ARGVMENTVM EPIST. 23 .

eiusdem libri.

C. Furnio L. Planci legato præturæ petitionem dis-
 suadet: atq; ut Antonio persequendo reliquias belli confici-
 at hortatur.

Cicero S. D. Furnio.

Si interest, id quod homines arbitrantur, reip.
 Ste, ut instituisti, atq; fecisti, nauare operam
 rebusq; maximis, quæ ad exstinguendas reliquias
 belli pertinent, interesse: nihil uideris melius, ne-
 que laudabilius, neq; honestius facere posse, istaq;
 operam

*Claro resp. hula
 de sua for. a est
 deff. ius migo
 mo. C. E. y. nio
 p. h. i. o. n. i. u. m.
 p. r. o. t. u. t. a. r. e.
 B. a. l. l. i. u. m.
 m. a. g. i. s. t. r. u. m.
 p. r. o. p. r. i. a. t. i. a.*

LIBER SECVNDVS.

operam tuam, ^{de laudibus} nautatem, ^{de laudibus} animum in Remp. cele-
 ritati ^{de laudibus} præturae anteponendam censeo. nolo enim
 te ignorare, quantam laudem consecutus sis: mihi
 crede, proximam Plancio, idq; ipsius Planci testis
 monio: præterea fama, scientiaq; omnium, quam
 obrem, si quid poteris tibi etiam nunc restat, id
 maximopere censeo persequendum. quid enim ho-
 nestius? aut quid honesto ^{vel potius} anteponendum? sin au-
 tem satisfactum Reip. putas: celeriter ad comitia,
 quando maturè futura sunt, ueniendum censeo.
 dummodo ne quid hæc ambitiosa festinatio aliquid
 imminuat eius gloriae, quam consecuti sumus. Mulo-
 ti clarissimi uiri, cum Reip. darent operam, an-
 nua petitionis suæ non obierunt, quod eò facilius
 nobis est: quòd non est annus hic tibi destinatus, ut,
 si ædilis fuisses, post biennium tuus annus esset:
 nunc nihil prætermittere uidebere usitati, & quæ
 si legitimi temporis ad petendum, uideo autem
 Planco consule, & si etiam sine eo rationes expedi-
 tas haberes, tamen splendidiorem petitionem tuam
 fore, si modo ista ex sententia confecta essent. Om-
 nino plura me scribere, cum tuum tantum consili-
 um, iudiciamq; sit, non ita necesse arbitrabar. sed
 tamen sententiam meam tibi ignotam esse nolebam,
 cuius est hæc summa, ut omnia te metiri dignitate

*Hoc dicitur quod
 fuerit in antea
 Imperatoribus
 tendebat ad
 uniprobium*

EPIST. SELECT.

Hæc scripta est post conjunctionem Lepidi & Antoni, quo bellum fuit renouatum, excusat quoq; breuitatem in scribendo, & Cassium, ut in Italiam properet, hortatur.

M. CICERO S. D. C. Cassio.

*U. comp. sola G. uti
ut. ut. ut. ut. ut.
in. in. in. in. in.
Sando ut
in. in. in. in. in.
Cassio
in. in. in. in. in.*

Breuitas tuarum literarum me quoq; breui-
orem in scribendo facit: & uere ut dicam,
non satis occurrit quod scribam. nostras enim res
in actis perferri ad te certo scio: tuas autem igno-
ramus, tanquam enim clausula sit in Asia, sic nihil
perferatur ad nos, præter rumores de oppresso Do-
labella, satis illos quidem constantes, sed adhuc si-
ne auctore. Nos confectum bellum cum putaremus,
repente à Lepido tuo in summam solitudinē su-
mus adducti, itaque tibi persuade maximam Reip.
spem in te, & tuis copijs esse. firmos omnino e-
exercitus habemus, sed tamen, ut omnia, ut spero,
prosperè procedant, multum interest te uenire.
exigua enim spes est Reip. nam nullam non libet
dicere: sed quæcunque est, ea despondetur anno
consulatus tui. Vale.

FINIS.

BUCHBINDEWERKSTATT
HEINZ PETERSEN
RESTAURATOR
DUSSELDORF-KAISERWERTH



Restaur., 1963, Okt.

BUCHBINDEWERKSTATT
HEINZ PETERSEN
RESTAURATOR
DUSSELDORF-KAISERSWERTH

Conuincatis eos dñe deus patrum
vostroz et laudabilis in secula. **U**
ñe Dñs vobiscū. **Oramus.**

Omnipotens deus qui tribus pueris
magis flamas ignis
conuertit. propius. ut nos fra-
tros tuos non eruat flama
vicioz. **Ps. 118. 22.**

Ad dictis illis. Conuertit vni-
uersa ciuitas audire verbū
dñi. Videntes autē turbas
indri repleti sunt zelo: et con-
tradiebāt hijs que a paulo
dicebant blasphemantes. Tūc
constanter paulus et barna-
bas dixerūt. Vobis oportet
bat primū loqui verbū dñi:
sed quoniam repellitis illud et
indignos vos iudicatis
ne vlt: eae conuincam

gratauerūt paulus
paulū et barnabam
erūt eos de sinibz
li crasso puluere
cos: oruerūt por-
puli quosq; reple-
dio: et spiritu san-

ctua. Laudate dñm
tes et collaudate eū om-
ni

Euāgelium durgens

requirit ut coēs nulli
Emittit spm tuū et
et renouabis sanē terrā
a dñi in secula alla.

Et accepta ti-
mine ur̄s
p̄a vobis q̄s huius
sacramētū purificā-
tū.

orphor

apiti in celo: et uor
a audiu. tangi tu
s meai dicitus. **N**
et ostendit tibi que
ri ato poss. her. **S**ta
ritu. **E**t erit sedis
t ui celo: et supra
Et qui sedebat si
t aspectu lapidis
t sardium: et uis r
uitu sedis filis ui
ragdine. **E**t in ar
s sedilia uirginea
thronos uirguli.
omnes sedures ar
uestimentis albi:
throno, prebiant
conuiri
s artites

Et quatuor aialia iugo
conu habebant alas scur:
et in aruitu et uitis plena
sunt oculis. **E**t requir non
habebant: **D**ur ac nocte di
crua. **S**anctus sanctus sanc
tus **D**ns **D**us omips: qui e
rat et qui est: et qui ueruti
rus est. **E**t cu iareit illa q
tior aialia gloria et hono
re, et uereditioit scitari
sup thronu omiciti in serui
la senloz: **p**arabant uigi
n quatuor saures auit se
trite in throno et aruabant
uicunt: in senlia reuoz.

Illot.
Erat homo ex phari
seis iudicium nou: **p**imp
uiste
uocd

Benedictus es dñe deus patrum
vostroz et laudabilis in secula. **H**
Deus Dñs vobiscū. **Coll.**

Crus qui tribz pueris in
tunc st. Hōmas. **Coll.**

gratauerūt pscari
paulū et barnab
cerūt eos de finibz
li crasso puluert
eos; venerūt pcor

SECT.

Quicquid: in terra ranoz.
De illo.

Erat homo ex phari
seis iudiciorū noīr: p̄ncip̄s
iudiciorū. **Coll.**

uod

santes
bouitru

quos scriues in
vestimentis albi:
thibz eoz coroue au
throno prebant

ms.
aptū in celo: et vor
ā audiu. tanq̄ tu
s meū dicens. Al
et ostendā tibi que
eri cito post hec. Sta
iritu. Et ecce sedes
t in celo: et supra
. Et qui sedebat si
t aspectu lapidis
t sarduri: et iris c
utu sedis similis vi
ragdine. Et in cir
s sedilia viginti qua
in thronos vicul.

Et quatuor aīalia lingu
corū habebant alas sc̄n̄:
et in circuitu et intus plena
sunt oculis. Et requir̄ non
habebant: dic ac nocte di
ceua. Sanctus sanctus sanc
tus dñs deus on̄ps: qui e
rat et qui est. et qui ventu
rus est. Et cū darent illa q̄
tuor aīalia gloriā et hono
rē. et benedictionē sedenti
sup thronū viuenti in sc̄u
la sc̄ulor: p̄debant vigi
ti quatuor seniores ante se
dente in throno et circumdant